I sic stipulatus Breuiter dicit Stipulatio semel ad interesse cōmissa si factū est reiterabile: iterū cōmittet quotiēs cōtra fiet nisi aliter actum sit. h.d. Expedio glo. mag. que est circa si. Et opp. ꝙ stipło nō cōmittatur sepius. vt. l. vēditor ex hereditate. s. de he re. vē. So. stipulatio nō cōmittit ad idē sed ad diuersa: Oppo. de. l. si duo. in fi. s. de arbi. Breuiter dicit gl. hic ibi in stipulatione penali que nō ꝺmittitur nisi semel tm̄: nisi sit dictum ꝙ totiens ꝛc̄. hic in interesse. glo. in. l: cōtraria. loquitur magis intellectualiter: ibi loquit quā-do est pura pena. quasi diceret loco cōemptus apposi-ta: hic loquitur quādo est interesse. idem si esset pena ap posita loco interesse in casibus in quibus per cōmissio-nem penalis stipulationis: prima nō nouaret: tunc enī totiens cōmitteret quotiens cōtrafieret in eo ꝙ interesse excederet penaꝫ. vt. l. siquis a socio. s. pro so. ꝛ. l. prędia de actꝫ. emp. Oppo. s. eo. l. si ita quis stipulatus. So lu. hic loquit q̄n cōmittit ad aliud quod p̄ncipaliter in obligatione non deuenit ibi ad id quod p̄ncipaliter in obligatione deuenit: ꝛ ideo ibi semel cōmittitur. Reas-sume ergo verba Di. s. e. l. si ita quis aliquibus addit̄. Si queris vtrū stipulatio semel cōmissa amplius cōmit tatur: aut est cōmissa ad id quod p̄ncipaliter in stipulati one deuenit: ꝛ amplius nō cōmittitur. vt. l. si ita quis. s. e. ꝛ. l. venditor. in prin. s. de here. ven. aut ꝺmittit ad ali ud vt ad interesse: ꝛ tunc aut factū est reiterabile: ꝛ totiēs cōmittit quotiēs cōtrafactū est vt hic. aut nō est reiterabi le: ꝛ tunc aut fuit cōmissa ad totale interesse ꝛ nunq̄ꝫ am plius cōmittit. vt. l. cū querebat. ff. iudi. sol. ꝛ. l. qō dicit. de euic. aut ad particulare interesse fuit cōmissa ꝛ iterum pōt cōmitti. vt. l. si ꝓcurator. ff. rē ra. ha. Aut loquerīs in pena: ꝛ tunc aut est mera: ꝛ tunc nō cōmittit nisi fuerit di ctū totiens ꝛc̄. vt. l. si duo. in fi. s. de arbi. Aut in pena q̄ apponit loco interesse: ꝛ tunc aut pena est nouata ꝛ āplius nō potest cōmitti q̄ sublata est prima. vt. l. obligatio nū fere. in fi. s. ti. j. Aut nō est nouata: ꝛ tūc sepius potest cōmitti. vt. l. siqs a socio. s. pro so. ꝛ. l. p̄dia. de act. emp. habetis expeditā glo. mag. Restat aliud dubiū: dicit hic promisisti per te heredēq; tuū: quid si nō fuerit facta adiectio heredis. glo parua dicit idem. idem dicit glo. in l. si ita stipuler. s. eo. Pe. de bel. perti. ꝛ Li. eū sequēdo in. l. veteris. C. e. tenēt cōtra. ꝛ dicūt ꝙ stipulatio negatiē cōcepta est personalis: nisi sit expressuꝫ de herede. vt. l. q in futurū. s. de pac. ꝛ ideo dicūt ꝙ ista glo. nō dicit verū sed ipsi ponūt tria mēbra in quibus ista glo. posset susti neri. ꝛ debetis scire ꝙ quedā stipulatio concipit negatiē idem in pacto. ꝛ tunc aut p̄cedit cōtractus de cuius na-tura heres tenet ꝛ transit ad heredes. vt. l. inter stipulātē in prin. s. eo. ꝛ. l. emptorē. in fi. de ac. emp. Aut nō p̄ces sit: ꝛ tunc aut talis stipulatio nō afferret cōmodū nisi trā siret ad heredem ꝛ tranlit. vt. s. eo. l. si ita stipuler. ibi enī si stipulator decedit ante collectā vindemiā: nullū habe ret cōmodū nisi transiret ad heredē. Aut afferret cōmo modū: etiam si ad heredē nō trāsiret: ꝛ nō transit nisi fiat expressa mētio de herede vt hic. ꝛ. s. e. l. ij. §. item si in fa cto. probat. s. de pac. l. iurisgentiū. §. pactorū. ꝛ. l. qui in futurū. primū ꝛ secundū membrū est verus. vt. l. si neces-sarias. §. si de vendēdo. s. de pig. ac. Tertiū nō videt ve rū. vt. d. §. pactorum. ij. rñso. ꝛ de lib. le. l. nō solum. §. si liberatōis verba. Ideo Guil. de cu. ꝛ Jac. but. in tertio mēbro vident sic distinguere. aut persona adijcit verbo obligatiuo seu promissionis. vt ego promitto nō petere: vel ex parte rei ꝓmitto tibi nō petere: ꝛ tunc videt pactuꝫ seu stipulatio in rem: ꝛ persona adiecta ad ostendenduꝫ eum cū quo cōtrahat ꝛ transit ad heredē. vt. d. §. pactoꝝ ij. rñso. Aut persona adijcit verbo executiuo: vt ꝓmitto nō petere a te: vel ꝙ nō petet a me: ꝛ tunc pactū est perso nale. vt. d. §. pactoruꝫ. ꝛ. l. qui in futurū. Ista verba sunt cōtra casum. s. l. stipulatio ista. in prin. v. sed si se. ꝛ. l. in illa stipulatōe per te nō fieri ꝛc̄. ideo in primis duobus mēbris sto cū Pe. In tertio dic: aut psona adijcit solū vbo obligatio seu promissiuo: ꝛ est in rem vt dictum est Aut verbo executiuo: ꝛ tunc aut adijcitur persona tertij vt promittis nō pete re a lucio ticio: vel nō impedire luci um ticiū forte filium vel seruū: ꝛ est personale: ꝛ ad alios nō porrigit nisi sit actū. vt. l. ꝛ heredi. §. nos aūt. de pact. ꝛ. d. §. pactorū. ꝛ. s. eo. l. stipulatio ista. §. hi qui. v. cū vo Aut adijcitur persona ipsius stipulantꝫ seu paciscentis: ꝛ tunc si est talis qui nō potest habere heredē vt seruus et filius fm̄ ista tēpora tunc personale est. vt. l. acquirent. §. j. cōiuncta. l. ꝛ heredi. in prin. s. de pac. Aut pōt habere heredē: ꝛ tunc in dubio intelligit persona heredis. vt. d. §. pactorū. ꝛ. d. l. stipulatio ista. in prin. nec potes dicere ꝙ illud sit ibi ex natura p̄cedentꝫ cōtractus vt ibi ptꝫ ex solutione ꝓriorū. ꝛ. d. l. in illa. ꝛ. l. nō solū. §. si liberatōis verba. de libe. le. Fallit si esset apposita aliqua dictio ta-xatiua: vt promitto nō petere a te solo vel a te tm̄. vt. d. l. nō solum. §. tale. de libe. le. ita intelligo de pact. l. qui in futurū. q: subaudit tm̄ ibi fm̄ Fran. Accur. ꝛ Ja. de bel ui. Item fallit si ex alijs cōiecturis hoc appareret. vt. d. § pactorū. Quero quid de stipulatiōe factorū affirma tiue cōcepta: an transeat ad heredes stipulatoris. Pe. ꝛ Li. dicunt indistincte ꝙ sic. p. l. si pactū. de ꝓba. Tu dic aut precedit cōtractus de cuius nā est vt ad heredes nō transeat ꝛ nō transit nisi sit dictū. vt. s. e. l. stipulatio ista. §. siquis ita. Aut nō precessit: ꝛ tunc aut quis stipulatur factū: qō coberet psone stipulantꝫ vt ope obsequiales q̄ ad heredes vt ad heredes nō transeūt: nec ad alium nisi sit cōmissa stipulatio ad interesse: tunc transiret sicut que libet stipulatio pecūie credite. vt. l. a duobus. de ope. li. ꝛ. l. fabriles. in fi. ꝛ. l. opere in rerū. Aut factū nō concer nit personā stipulantꝫ ꝛ ad heredes trāsit. vt. d. l. si pactū ꝛ. s. eo. l. qui rome. §. flauius. ꝛ. s. e. l. stipulatio ista. §. si cut enī. Quero an stipulatio facti affirmatiua trāseat ad heredes seu cōtra heredes ꝓmissoris. In hoc Pe. ꝛ Li. in. d. l. veteris. dicunt satis bene. Aut factuꝫ cohēt persone ꝛ nō transit ad heredes. vt. s. e. l. centesimis. §. j. ꝛ ar. C. de cadu. tol. §. nunc aūt. Aut nō coberet persone vt si stipulor domū fieri vel librū scribi habet magi respe ctus ad ipsū corpus: qō resultat ex facto q̄ꝫ ad ipsum fa ctū: ꝛ ideo dicit nō coherere persone: tunc aut stipulatō est cōcepta in tēpus mortis vel post ꝛ transit ad heredeꝫ vt. l. fi. C. eo. Aut nō est collata in tēpus mortꝫ: ꝛ tūc aut factū nō respicit industriā persone ꝛ transit ad heredē. vt C. e. l. veteris. Aut respicit industriam persone ꝛ nō tran

sit. vt. l. inter artifices. ⁊ qđ ibi not. ſ. de ſoluţ. tunc enim videt coherere perſone niſi eſſet obligatio cõtracta ad interesse. vt. d. l. a duob⁹. aut dubitat ⁊ in dubio dic vt. d. l. inter artifices.

Jcia que. Stipulatio penalis inter poſita inter ſponſos ⁊ eius parẽtes ſuper ſponſalibus eſt ipſo iure nulla. b. d. Op. C. de ſpon. l. fi. So. aliud in arris aliud i pena. vt ibi dicit in tex. rationẽ. ſ. dicam. Op. ſtipulatio cõtra bonos mores eſt ipſo iure nulla. vt. s̃. e. l. generaliter. ſed hic dicit q obſtat exceptio doli. So. ſm Jac. de are. dic exceptio doli. i. facti vel intentionis. Opp. de l. ticio. §. j. de cõdi. ⁊ dem. So. aliud eſt quẽ inuitari ad nuptias ſpe premij vt ibi. aliud metu pene vt hic. Op. de. l. ea que. s̃. de don. inter vi. ⁊ vx. So. ibi erat magis amiſſio lucri q̃ damnũ pati vt ibi no. Op. q nec i ſpe lucri liceat. vt. s̃. eo. ti. l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. §. fi. So. nõ licet ſpe lucri percipiendi ab altero ex cõiugib⁹ ſz ab alio ſic. ideo ex predictis diſtingue per teipſum. Quero quid ſi extraneus promittit mihi ſub pena ſe facturũ ⁊ curaturũ q ticia ꝓſentiet in me an valet: Blo. dicit q ſic. glo. alle. nec bene ꝓbat. melius probat p. l. mulieri ⁊ ticio. de cõdi. ⁊ demõ. cõiunctţ. ll. alle. in glo. Tñ doc. moderni in hoc dicũt ſolẽniter. aut ille extraneus ẽ cõiunctus vel multũ amicus ſponſi: ita q veriſimiliter metu pene puer vel puella cõſentiunt ꝓtrahenti: ⁊ nõ valet eadem rõe qua in patre vel in matre vt hic. ⁊. l. hereſ meus. in fi. s̃. de cõdi. ⁊ demon. aut eſt penitus extraneus: ⁊ procedit hec glo. Quero an poſſit dari pignus: dic vt in glo. que bene dicit quicqd dicat Ci. in. l. j. C. ſi rec. prouin. Et predicta ſunt vera q̃ pignus datur pro pena ſeu pro arra. ſed ſi pignus datur pro ipſo matrimonio: tunc eſt locus arre. vt. l. j. C. ſi rec. ꝓuin. ⁊ per Jnnoc. in c. gẽma. extra de ſpon. qđ eſt verũ ſi pignora tradant realiter ⁊ cõſiſtant in quãtitate vt. ſ. tangã. Quero quid ſi mea pecuniaritez intereſt: glo dicit forte valet vt intereſſe. vt. s̃. de ſpon. l. ij. idem ibi no. cõtra no. s̃. e. l. ſi ita ſtipuler. Bi. diſtinguit: aut volo petere intereſſe qđ cõſiſtit in dãno ⁊ poſſũ: qz nõ eſt pena. vt. l. ſi is cui. in fi. de fur. ⁊. l. proculus. de dam. infec. Aut intereſſe quod cõſiſtit in lucro ⁊ tunc ſecus. ⁊ ita intelligit glo. s̃. eo. ſi ita ſtipuler. Pe. ⁊ Jaco. de ra. tenent indiſtincte q non pot agi quia ſm hoc poteſt agi ad penã quaten⁹ intereſt qđ lex indiſtincte vetat. ⁊ Ci. tangit. C. de ſpon. l. ij. Ego idẽ teneo per hunc tex. qui dicit q ideo nõ valet: quia eſt contra bonos mores. ergo nulla ⁊ ex ea nullo mõ pot agi. vt. s̃. e. l. generaliter. ſed ſi ille cõmiſiſſet dolũ ⁊ ſic feci expenſas: fateor q teneret mihi actiõe de dolo ad intereſſe

Quero que eſt dria inter penam ⁊ arras: Ber. ex de ſpõ. c. gẽma. videt dicere q nulla eſt diuerſitas: ideo idẽ ius ſm canones: ſz ſecus ſm leges. ſed Jnno. hãc driaz ibidẽ admittit. Que eſt ergo ratõ: poſt multa doc. dicũt q de facili quis ꝓmittit penã magnã que cõſiſtit in vbo ſolo: ſz nõ de facili dat magnas arras. ⁊ iõ nõ ſic de facili impedit libertas matrimonij. ⁊ hac rõe attenta dicũt ipſi q ſi pena reſpectu perſonarũ eſt parua ita q veriſimilit nõ impediret ꝓpter hoc libertas matrimonij q pena cõmittat. ⁊ ſi arre ſunt magne ita q veriſimiliter impediret libertas matrimonij nõ valet: ⁊ leges que fecerũt driaz inter arras ⁊ penã cõſiderauerũt frequentiã. ſicut no. in ſimili. s̃. e. l. ſi ſeruũ. circa ꝑn. in. v. ſi vo alienus. ita tenet Ja. de ra. ⁊ Pe. ⁊ Ci. in. d. l. ſi. Et audio q Jo. an. idẽ ſcribit i. d. c. gẽma. Ego aũt ab opi. gl. nr̃az ⁊ Jnnoc. nõ recedo. ſ. q eſt dria inter penã ⁊ arras. ⁊ dico q oĩs pena cõuẽtionalis q̃tũcũq modica nõ valz. p̃ per. d. l. ſi. in fi. q̃ pciſe loquit nec p aliquã aliã diſtinguit. Jtez p. l. neq. C. de nupţ. cũ gl. q̃ dicit q etiã ſi dotẽ ꝓmittat nõ valet: ⁊ illa eſt modica quãtitas. Jtem p. l. ea que. de don. inter vi. ⁊ vx. vbi dicit tex. de. xx. que eſt modica quãtitas. ⁊ tñ nõ valeret niſi a donatore ꝓcederet. Jtem per tex. s̃. e. l. ſtipulatio iſta. vbi cõtenti eſſe debemus penis legalib⁹. et ſi per vnũ denariũ eſſet dictũ vltra nõ valet. Jtem p hanc l. nõ obſtat q in. d. l. fi. ꝓmittit paciſci vſq ad quadruplũ: qz illa eſt pena legalis ex eo q de mente. l. interponit. vt dixi in ſili. s̃. e. l. in cõuentionalibus. Et ideo pro huius declaratiõe videamus que ſunt iſte pene legales Rñdeo q̃q matrimoniũ eſt perfectũ: ⁊ tunc pene legales ſunt expreſſe. ſ. amiſſio dotis ⁊ donationis ꝓpter nuptias. vt. l. cõſenſu. de repu. ⁊. l. iubemus. e. ti. Q̃q ſũt cõtracta ſola ſponſalia verbo ⁊ tunc nulla eſt pena legalis. vt. l. j. C. de ſpon. eadem rõe nec aliqua cõuentionalis vt hic cum ſi. Q̃q fuerunt cõtracta ſpõſalia nõ ſimplici verbo ſed ꝓceſſum fuit vltra ad realẽ traditionẽ arrarũ: ⁊ tunc habet locũ pena legalis ſm formã legis ſi. C de ſpon. verũ qz nõ eſt veriſile q lex voluerit imponere maiorẽ penã dirimenti ſpõſalia q̃ dirimenti matrimonium ſed pariter debẽt ambulare. vt hac. l. ⁊. d. l. neq. de nup. ideo dico q pena arrarũ vel dupli vl quadrupli circa arras nõ põt excedere quãtitatẽ dotis vel donationis ꝓpter nuptias. vel vbi nõ eſſet dos quãtitatẽ poſita in d. l. iubemus. ⁊ h dico per. l. ſtipulatio iſta. s̃. e. ⁊ ita debet limitari. d. l. fi. Quero quid ſi dixit ꝓmitto me curaturũ ꝛc. ſi nõ fecero ꝓmitto centũ nomine arrarũ. Reſpõdeo nõ valet ſicut nec pena: qz in arris requirit traditio corporalis. vt. d. l. fi. ⁊ quicqd extra diffinitionẽ illius l. ꝛc. vt ibi patet in fi. nec ob. qđ no. s̃. e. ti. l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. §. fi. vt ibi dixi. Jtem quid ſi altera ps cõfeſſa fuit ſe recepiſſe noĩe arrarũ nec aliter de numeratione cõſtat: Rñdeo ſtari cõfeſſioni cõtra eam. vt. l. publia. depoſi. niſi ex aliquo appareret hoc fraudulẽter factũ. Quid ſi ego cõfiteor me habuiſſe centũ noĩe arrarũ a ticia ⁊ ipſa tantũdem a me vt vidi fieri de facto: Reſpõdeo nõ valet: qz apparet q ego cõfeſſus fui habere a te: qz tu fuiſti cõfeſſus habere a me nõ aũt interuenit numeratio vera. Jtem ꝓpter aliã rõem vt ſtatim dicam. Quid ſi in veritate: ego numerauí tibi pecuniã noĩe arrarũ ⁊ tu mihi eandẽ vel aliã eiuſdẽ quantitatis: Rñdeo fraus eſt ⁊ data nõ videt. vt. l. qui ſic. ſ. de ſolu. ꝓterea. l. vltima loquit q̃ datio arrarũ fuit ab vna parte tñ: ⁊ qđ quid extra caſus ibi poſitos ꝛc. vt. d. l. fi. in fi. Quid ſi do tibi fundũ meũ pro arris ⁊ cõſtituo me tuo noĩe poſſidere: Rñdeo nõ valz: qz requirit q corporaliter tradatur qđ patz: qz ibi dicit accipit ꝛc. vt no. inſti. de re. diui. §. itez lapilli. facit. C. de ſuffra. l. vna. Plus dico q ſi fũdus vel ſpes pro arra tradit nõ habet locũ. d. l. fi. qz ibi loquit in re q̃ põt duplicari ⁊ etiam q̃druplari. ſed ſpecies nõ eſt hmõi. vt. l. lucius. §. impuberẽ. de lega. ij. ⁊. l. plane. §. j. ⁊. ij. de le. j. ergo. ꝛc. qz extra diffinitionẽ illius l. vt ibi in fi. Quero an in p̃dictis caſibus vbi de iure nõ valet põt firmari iuramẽto: Rñdeo nõ: qz cõtra bonos mores vt hic dicit: ergo ꝛc. vt. c. nõ eſt obligatorius de reg. iu. li. vj. Quid ſi in matrimonio ſpũali promiſi me curaturũ q talis ingrederet monaſteriuz. vel q talis abbas reciperet talẽ ſub pena vel tradite ſunt arre: Reſpõdeo indiſtincte q nõ valet qz ſiue metu pene ſiue ſpe premij ſiue arre quocũq modo pecũia interueniat ſimonia eſt. vt extra de ſimo. c. ne ſatis. ⁊. s̃. de here. inſti. l. ille aũt. ⁊ qđ ibi no. facẽ qđ dixi in. l. ticio. §. j. de ꝓdi. ⁊ de.

Jdem reſpondit. Que in p̃fationibus dicunt in ſtipulatõnibus repetita intellguntur. Op. C. de vſur. l. per retẽtionem. So. dicit glo. ibi ex interuallo: hic incõtinẽti ⁊ verum dicit

rum dicit vt statim dicã. hic enim loquit de his que dñr in pfationibus: ḃ est in his que partes cõueniunt antecꝫ fiat cõtractus seu stipulatio sup eadem. vt. s̃. de pac. l. itẽ q̃. §. fi. ibi vo loquit de his que dicunt in anteriori pte ꝯtractus: an intelligant repetita in posteriori parte instrumenti seu cõtractus circa alia de quo dixi in. §. grisogonus. Oppo. de. l. si tibi liberũ. de act. emp. ⁊ de seruit. vr. predi. l. si binarũ. ibi in traditione nõ intelligit repetita seruitus. Sol. ibi ex interuallo facta fuit traditio: alias secus vt hic. ⁊ sic eoipso q̃ aliud est factũ q̃ fuerit actum in prefationibus presumit error vt. d. ll. ⁊. l. sed ⁊ si me putem. §. j. Idẽ in vltimis volũtatibus. vt. l. quotiẽs. in pn. ⁊. §. j. ⁊. ij. s̃. de bere. inst. qui ergo vult cõcludere q̃ videatur actũ debet ꝓbare in prefationibus actũ esse. Itẽ cõtractũ infra modicũ tempus secutũ esse vt hic pz. sed qui vult ꝓbare errorem sufficit solũ probare qõ in prefatiõibus dictũ est ⁊ postea omissum. Itez p̃dicta vera nisi repetitio vitiaret vt hic. Item nisi inter alias psonas. ar. eꝰ qõ no. in. l. in repetẽdis. de le. iij.

Idem respondit. Verbum ꝓmisit redactũ in scriptis intelligitur per stipulationẽ. h. d. Quero an in dubio videatur actũ inter parẽtes. glo. C. e. l. j. dicit q̃ sic. alij dicunt ꝯrium per. l. ij. C. de statu. ⁊ ima. Sol. hic est de solẽnitate intrinseca verbi ꝓmisit: vt dixi. s̃. co. l. sciendũ quod ibi cessat. Item facit pro eis. C. eo. l. optimã. ⁊ insti. de inuti. stipu. §. item verborũ. So. ibi ad maiorẽ cautelam scribit inter parentes actũ esse. Bar.

Ita quis promisit. Verbũ qua die petiero nõ denotat conditionẽ sed magis admonitionẽ. h. d. Dixi tibi ⁊ feci te notare q̃ dictio si facit principaliter conditionẽ. dictio cum principaliter tempus. vt. l. si ticio. q̃n dies le. ce. dixi in. l. centesimis. s̃. e. ⁊. l. si decẽ cũ petiero. ⁊ scitis q̃ dictio quis vel qui adiũcta verbo futuri tẽporis facit conditionẽ. vt. l. stichus qui meus erit. s̃. de leg. j. ⁊. l. nuper. de leg. iij. Sed quero an faciat cõditionẽ ꝓncipaliter vt si. vel secundario vt cum. ⁊ dico q̃ est casus hic q̃ faciat conditionẽ vt dictio cuz. idem videtur tenere glo parua in. l. stichũ qui meus erit. ⁊ est casus in. l. j. de condi. ⁊ demõ. ⁊ ibi plene dicã. Item nõ q̃ hec dies qua petieris nõ intelligit repetita in stipulatione vsurarũ: dixi in. §. grisogonus.

Scia cauit. Ex parte actoris ad actionẽ ꝓseruandã admittitur purgatio more intra modicũ tempus si aduersarij nõ interest. hoc dicit notabiliter. casus est etiam bonus. Opp. ⁊ videt q̃ alia debent requiri vt more purgatio tẽ. vt. l. si insulam. s̃. e. glo. dicit idem qõ ibi. s. q̃ hic lis nõ est contestata. dicit ne bene glo. ⁊ non ad casum nostri. §. qz hic loquitur in actore cui nõ solet cõtestatio litis nocere. vt. l. nõ debet. j. de re iudi. ⁊. l. aliam. j. de noua. l. si insulã. loquitur in reo. Op. de. l. traiecticie. §. de illo. s̃. ti. j. ⁊. l. magnaz C. de cõtrahẽ. ⁊ cõmit. stipu. dicit glo. in ꝓrario non admittit qz est dies ⁊ pena. hic vo nõ est penalis. sed cõtra istam glo. est: qz etiã hic est dies ⁊ pena: cum est dies in calendis est pena. s. sors cum vsuris. ⁊ tñ admittit purgatio more. dico q̃ hic vsura non apponitur vt pena sed vt sors: apponit simile in. l. idẽq̃. §. ij. s̃. man. vel aliter q̃n est dies ⁊ pena nõ admittit purgatio more ad euitandaz cõmissionẽ pene vt in cõtrario: sed q̃tum ad cõseruãdã mihi actionẽ: ⁊ tunc admittit purgatio more vt hic. Op. de. l. thais. §. inter. s̃. de fideicõ. li. tetigi in. l. qui rome. §. flauius. s̃. e. vbi ex parte actoris nõ admittit more purgatio. So. ad actionẽ acquirendã nõ admittit purgatio. vt. l. thais. §. iuter. sed ad actionẽ cõseruandã sic vt hic. latius explico mãz in. l. si insulã. s̃. e. ti.

Ea lege. Prohibitio alienatõis in ꝯctu nõ ipedit translationẽ dñij: lz cõtrafaciens ad interesse teneat. h. d. Op. q̃ tale pactũ sit nullũ ipso iure. vt. l. nemo. s̃. de pac. Post multa ista est veritas pactũ est nullũ: nisi interfit pacisscentis vel in datiõe rei mee apponat. vt. l. fi. C. de pac. inter em. ⁊ vẽ. ⁊ ibi doc. dicũt et. s̃. de pac. l. in traditionib⁹. Op. de. l. ex hoc edicto. §. sed heredẽ. s̃. de alie. iu. mu. cau. fac. glo. nõ soluit. sed Bi. dicit dic vt ibi ⁊ bene q̃ ibi nõ ꝓhibet alienatio sed punit dolus qui instituẽdo heredẽ nõ p̃sumit. Op. de l. quedã. de acqui. re. do. Sol. ibi alienatio ꝓhibetur a lege simplr. vnde in facto heredis nõ vr̃ ꝓhibita: hic de ꝓhibitõe bois certarũ personarũ: ideo nõ põt instituere. Venio ad. q. ⁊ quero quid venit in interesse: dic estimatio rei. vt. l. ea lege. C. de cõdi. ob cau. cũ sua glo. Venio vltimo ad qões magis ꝓpinquas. vna est vtrũ alienatione ꝓhibita in cõtractu ꝓhibeat alienatio dñij ptis cularis titulo singulari. Dic q̃ꝫ ille qui tale pactũ apponit in re sibi aliquod ius seruat: ⁊ tũc talis ꝓhibitio impedit translationẽ dñij. vt. l. fi. C. de iur. emphi. ⁊. l. si creditor. §. fi. s̃. de distra. pig. fm vnã lec. put ibi est nullaz esse venditionẽ que lra vera est: qz cũ semel mihi expediret ꝓpter. q. de facto misi vsq̃ ad pisas ad pandectã. ⁊. l vlti. C. de re. ali. nõ alie. Aut non seruat sibi ius in re: ⁊ tunc aut alienatio est reuocabilis: ⁊ tunc dominij translatio impedit. vt. l. ea quidẽ. C. si man. ita. fu. alie. Aut est reuocabilis: ⁊ tunc dñij translatio nõ impedit: lz cõtrafaciẽs teneat ad interesse vt hic. ⁊. l. ea lege. C. de condi. ob ca. ⁊ sũt vtilia. Vendo tibi rem ne alienes sub pena. c. ⁊ illã rẽ volo esse mihi obligatã iure pignoris: ⁊ tunc alienatio impedit fm. l. si creditor. in fi. s̃. de distrac. pigno.

Ulterius tu habes rẽ emptã pacto p̃dicto: vis ibi edificare edem sacrã ista nõ est reuocabilis. ex predictis apparet q̃ impedit dñij translatio. Quero vtrũ ꝓhibitio legalis impediat dñij translationem titulo singulari. Bices tu sic. vt. l. quedã. s̃. de acqui. re. do. ⁊. l. j. s̃. de fũdo do. no. plene in. l. ea lege. C. de cõdi. ob cau. ⁊ bñ dicis. Sed illud moui ꝓpter vnũ statutũ qõ est in ciuitate ista: videlicet q̃ oĩs donatio debet insinuari infra mẽsez alis nõ valet: nõ fuit insinuata infra mensez: sed ab initio fuit res tradita: an impedit trãslatio dñij: ⁊ tunc dic: q̃ñq̃ statutũ vel lex p̃cipit aliquid fieri tpe ipsius ꝯctus: et tunc si nõ obseruat ꝯtractus est nullus ipso iure. vt. l. nõ dubiũ. C. de legi. Q̃ñq̃ lex disponit sup ꝯctu iam facto tunc ipso iure nõ annullat sed debet per sniam reuocari vt ar. l. vniuersa. C. de ꝓci. impe. offe. cũ sua glo. ió ex illo ꝯctu est translatũ dñiuz. Predicta vera nisi statutũ diceret expresse ꝯctus sit nullus ipso iure. tunc enim annullatur ipso iure cõtractus: tamẽ vt puto dominiũ ipso iure nõ transfertur. ⁊ ideo locus est cõditioni sine causa vel ob causam. vt dicam in. l. j. s̃. de donat̃. facit quod not. C. de fide instru. l. ꝯtractus. Procedo vlterius ⁊ quero vtrum ꝓhibitio legis vel testatoris vel contrahentiuz de nõ alienãdo impediat institutionẽ heredis seu impediat translationẽ in heredes: ⁊ in hoc dubito ꝓpter aliquas glo. sed dicã sic. q̃ñq̃ lex vtit verbo alienatõis per missiue: ⁊ tũc heredis institutio cõtinet. vt. l. siquis ꝑoris §. certũ. C. de se. nup. q̃ñq̃ lex seu ꝯhentes vtuntur vocabulo alienationis prohibitiue. ⁊ tunc aut prohibet alienatio simpliciter: vtputa fundus dotalis: ⁊ tunc heredis institutio non cõprehendit. l. j. s̃. de fun. dota. ⁊. l. quedã s̃. de acqui. re. do. Ratio est in ꝓmptu: qz nõ põt omni tempore viuere: ideo oportet q̃ habeat heredẽ. Quãdo q̃ꝫ prohibetur alienatio in certas personas singulares: ⁊ tunc nec per heredis institutionẽ ex testamẽto: nec ab in

testato potest venire q̄ nō fiat cōtra prohibitionē vt hic. ⁊ l. codicillis. §. mater. s̄. de lega. ij. Sed in hoc est differentia: quia prohibitio legis vel testatoris impedit translationem dominij: prohibitio ꝓtrahentis nō: nisi vt dixi s̄. in titulo singulari. Aut est ꝓhibita alienatio in certuz genus personarū vt non alienes extra familiā: ⁊ tūc aut est prohibitus heres legitimus: ⁊ talis prohibitio ad eū nō extenditur. vt. l. cum pater. §. cum inter. de legat̄. ij. et no. in. l. peto. §. fratre. de leg. ij. ⁊. l. pater. §. iul'. agrippa. s̄. de lega. iij. Aut est heres testamentarius: ⁊ tunc videt prohibita alienatio. vt. d. §. cum fratre fm Jaco. de are. qđ tenet Bi. ⁊ bene. Per hoc formo tibi qōem valde notabilē. ciuitas ista habet vnū statutū q̄ nullus possit alienare rem alicui non allibrato. mō quidā de ciuitate ista vult facē vnū heredē nō allibratū an possit: ⁊ hēm gl. C. ne lice. metro. ba. l. j. li. xj. vbi tenet q̄ possit. nescio quid illa glo. velit dicere: quia si prohibita est alienatio in certum genus personarū vt in forenses: ⁊ tūc debet distingui: an sit legitimus vel testamentarius ita dicerē h: licz iura que allegaui loquant̄ in vltima voluntate: tamē plus deberet posse lex prohibere q̄ testator. Pone ec clesia cōcessit in emphiteosim ne liceret tibi alienare in ecclesiam vel in potentiorem: an liceat instituere ecclesiaz ⁊ transeat. ⁊ vide glo. ⁊ est tex. de suis ⁊ tene menti. videamus an dicat verum. Et quidā dicunt indistincte q̄ nō bene dicit: quia non reperit̄ q̄ ecclesia habeatur loco filij. sed opi. Richar. malū. quā recitat Li. in auc̄. nisi rogati. C. ad trebel. quaz puto veram: ⁊ fm hoc indistincte nō transfertur dominiū. tamē quidā nō reprehendūt indistincte ⁊ dicunt q̄ tunc habet loco filij quādo ingredit monasteriū. secus si non ingredit: quia tunc nō habetur loco heredis legitimi sed testamentarij. ⁊ istam tenet hic Bi. sed cum hic nō fuerit facta prohibitio in certum genus personarū debemus distinguere: aut ecclesia successit iure legitimo: aut iure testamentario. illum autē passū an ecclesia habeatur loco filij. plene dixi in. l. si ita quis. §. j. de lega. ij. ⁊ predicta vera in ꝓhibitiōe facta a ꝑsonis vel a lege. Si a testatore nō dico. modo dic vt Bi. in. l. pater. §. iul'. s̄. de le. iij. per Li. in. l. ea lege. C. de cōdi. ob cau. ⁊ ego exuberātius scripsi in. l. filius. §. diui. de leg. j. Qualiter aūt posset fieri q̄ in cōtractu prohibeat dñij translatio: dicet̄ in. l. absenti. §. j. de acqui. poss. ⁊ in glo. quā legi ibi dum dicit: est enim modus in rebus ⁊c. nescio quid voluit dicere. Old. dat plures sol'. forte voluit allegare in auc̄. de nō alie. §. ij. vbi dicit̄ q̄ in ecclesia optima mensura est donatarū rerum imēsitas. vel vult allegare. s̄. de serui. l. si cui. de dam. infec. l. dāni. in princi. vbi dicit̄ modus honestus ⁊c. Ol. vel dic q̄ voluit allegare illos versus cōes. Est modus in reb⁹: sunt certi denīq̄ fines. vel vult allegare. j. e. l. ꝓtinuus. §. itē q̄ insulā.

Filia que de inofficioso. Transactō facta super vna cā nō obstat agenti ad eandē ex alia causa h. d. nō casum. l. qui est contra glo. in. l. si de certa. C. de transact̄. lz ibi disputat. Bar.

J sub una significatiōe.

Siquis uiam. Iste. §. est subtilis ⁊ bonus ⁊ breuiter dicit: Ante rem pfectam ⁊ consumatā vitiatur si deuenit res ad eum casuz a quo nō potuit inchoari. h. d. Que est ratio: q̄ ab initio siue in illa parte erat dñs siue pro parte seruitus non poterat cōstitui. vt. l. j. cōia predi. ⁊. l. pro parte. de serui. vnde per alienationē deuenit ad eū casum ⁊c. qđ brocardū soluā in. l. pluribus. §. ⁊ si placet. j. eo. Op. de. l. via. §. quecūq̄. de ser. rus. predi. So. ibi erat seruitus ꝓstituta ⁊ sic res perfecta. hic secus. Op. j. eo. l. pluribus. in fi. So. ibi decessit pluribus heredib⁹ relictis: hic vo successore singulari. h dicit glo. ⁊ tñ glo. formal vnam qōez Aliquis stipulatus fuerat a vicino q̄ nō prohiberet venire aquā iuxta domū eius: nunc vendidit istā domuz: an istud pactū transeat ad emptorē. ⁊ glo. dicit q̄ nō nisi per cessionē. sed ista glo. videt cōtra tex. vbi dicit q̄ euanescit stipulatio: quo ergo potest āmodo cedi: ⁊ dic q̄ stipulor aliquid causa cōstituendi ius in re: ⁊ tunc per alienationē extinguit̄ ⁊ euanescit stipulatio oīno vt h. in tex. q̄nq̄ stipulor aliquid pro re non tñ ao cōstituendi ius reale: vt volo q̄ patiaris q̄ persona tua sit obligata persone mee ad patiendū ductionez aque. ⁊ isto casu dicit verus glo. tua. vt. l. fluminū. §. addit. s̄. de dam. infe. ⁊. l. damni. §. emptor. c. ti. ⁊ cogitur venditor cedere vt dictis legibus. ⁊ hoc tenet Pe. frustra ergo formal hic oppositio q̄ actio inutilis penes cedentē efficiatur vtilis penes cessionariū. Quero quid si ex parte promissoris fiat alienatio: Respōdeo nō extinguit̄: quia nō deuenit ad eum casum ⁊c. q: etiam dñs pro parte pōt esse personaliter obligatus ad prestandum seruitutē. vt. l. per fundum. de serui. rusti. predi. Quero quid si vēdidit fundum ⁊ cedit actionē illam personalē pro seruitute: Rñ. aut ante cedit ⁊ postea vendidit ⁊ non valuit cessio q: facta dño. Aut primo vendidit ⁊ postea cedit ⁊ non valet: q: iam est extincta vt hic. Aut eodē momento facit vtrūq̄: intelligo vendit ⁊ dñium transfert̄: q: contractus celebrat̄ in fundo: vel cōstituit se possidere noīe emptoris et actionē cedit: tunc nō extinguit̄ stipulatio eadē rōe qua nō extinguit̄ in herede vt dictuz est in glo. quicqd dicat Pe. Quero quid in dubio: an per talē ꝓmissionez ⁊ silēs videat promitti ius reale vl̄ personale: Rñ. q̄nq̄ ꝓmissor nil cōcedit sed solum promittit se nō impedire: ⁊ tūc est obligō mere ꝑsonalis vt h in terminis glo. ⁊ ar. C. de trāsac. l. si ꝓ fundo. Si vo ꝓmittit ꝓcedere q̄ possit ducere aquā ⁊ q̄ritur tūc: an videat ꝓmittere seruitutē vel tm̄ ꝑsonalē colligit̄ ex. l. pe. s̄. de serui. vel ex his que no. in. l. apud iulianū. §. siqs alicui. de le. j.

Ontinuus Quero quid est dictum quo minus: glo dicit icō tinēti. tu dic. i. ī pñtia. C. de legi. l. fi. in pn. ⁊ ibi nō. Quero an valeat vt pactū: Rñ. nō: vt plene dixi s̄. e. l. j. §. siqs ita. ⁊ mām huius prin. dic vt. e. l. j. §. j.

Si hominem. De hoc habuisti. s̄. e. l. inter stipulantem. §. j.

Cum ita stipulatus. Si solutio certo loco cōferi stipulatio habet diē qua potuerit ibi cōmode peruenirī: ⁊ vbi est certū cōiecture nō est locus. h. d. Nō q̄ vir bonus dicit iudex vt hic. ⁊. l. sed ⁊ si vnus. §. ait prator. de iurī. ⁊. j. iudi. sol. l. vir bonus. ⁊ pro so. l. si societatē. §. arbitro rū. Sed nō tex. ibi in eo q̄ plerisq̄ eiusdē cōditionis hoies ⁊c. ex quo scies qualiter debes formare articulū ⁊ qualiter testes debēt reddere rōez. sufficit enim si dico q̄ maior pars hoiuz eiusdē cōditionis cuius ipse est ad dictū locū tāto tpe pueníre solet. ⁊ illud qđ dico maior ps apparet ex dictōe plerisq̄. testis aūt qui h dicit interrogatus de cā scie dicit: q: scio distantiā loci p̄dicti: ⁊ solitus fui in tāto tēpore ire ad dictū locū cum hōibus eiusdem cōditōis: ⁊ semp vidi maiorē partē tāto tpe pueníre. vel clari⁹ dicat: q: scio distantiā dicti loci ⁊ suz ꝓsuet⁹ p alia itinera silia ire cū hōibus eiusdē ꝓditionis ⁊ mult̄: ⁊ cōiter in tot dieb⁹ tm̄ iter pambulare solēt. vt ar. huius. §. vl̄ putarem standū opinioni vulgi: q: hec liquido probari nō possūt. vt. §. a barbaris. Itē aduerte: q: debet actor ꝓbare se habere procuratorē vel institorem epheſi cui pōt

solui

ſolui. alꝫ non imputaret reo ſi nō iuit. ar. ff. de arbi. l. arbiter ſi kalendis. niſi eſſz actū q̄ deberet mittere aliquem cum debitore ad recipiēdū. vt. ff. e. l. qui rome. §. calimachus. ff. ti. j. l. traiecticie. §. de illo. tunc ſufficit q̄ creditor obtulerit ſe paratū mittere talem cum eo. Item no. q̄ lz hoc poſſit expediri per aliū: qualitas tñ perſone debitoris inſpicit. Item facit iſte tex. ad ꝓbationem intereſſe ſingularis: vt dicam. j. ti. j. l. nemo. Sed ꝫ hanc. l. op. quia videt q̄ nō ſit neceſſariū arbitriū boni viri: cum a lege tps eſt limitatū. vt. l. j. ff. ſiquis cau. glo. dicit q̄ aliud in iudicijs: vt ibi: aliud in ꝯctibus: vt hic. Pe. dicit neſcio quare aliud. dic aut nō ſunt limitata miliaria: ꝛ loquitur hic. aut ſunt limitata: ꝛ loquit. l. contra. ꝛ idē voluiſſe videt hic Jr. qđ ſatis placet. Sed quid ſi ſunt due vie vna breuior alia? Rñdeo. debet inſpici illa q̄ eſt ſecurior ꝛ magis frequentat. vt. j. de fal. l. eos. in fi. ꝛ. C. de curſu pub. l. ij. li. xij. Opp. de. l. is qui. ff. de eo qđ cer. lo. So. poſſum ſi ſoluam intereſſe tuū cui ſolui. facit qđ no. ff. e. l. qui rome. in ꝑn. Oppo. de. l. ſed ſi ante. So. ibi in die incerta: hic certa.

Item qui inſulam. Quanto tpe opus poſſit edificari arbitrio iudicis cōmittit. Item ſi non inchoat ad particulare intereſſe ſtipulatio cōmittit. Item poſt morā admittitur purgatio. h. d. No. bene ꝑmū dictum. Item ex fi. no. q̄ ad purgationē more equiparat obligatio faciendi ꝛ dandi. Oppo. j. de ſolu. l. int̄ artifices. de leg. iij. l. fideicō. §. fi. So. dicit glo. hic fuit actū ne per ſe ſolū faceret. hoc aūt intelligo agi ex qualitate pſone. vt ſi ꝑmiſſor nō erat artifex. j. e. l. §. ſi ab eo. ꝛ ex qualitate operis. vt ſi erat ita opus magnū q̄ p ſe nō poterat expediri niſi in magno tpe non eſt veriſimile ꝯbentes hoc feciſſe. ar. C. e. l. fi. facit. j. de pollici. l. de pollicitationibus. Oppo. ff. e. l. in ſulam. So. ibi adiectū fuit certum tps: hic nō. quod dic vt. ff. e. l. cum ſtipulatio. Sed quid ſi eſſet appoſita pena: an poſſit interim agi ad particulare intereſſe: qđ videtur ꝓpt electionē que concedi videt actori. vt. l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pac. ꝛ. l. p̄dia. de ac. emp. Tñ dicendū eſt ꝫ. q: hec ſtipulatio ſperat nouari. vt. l. ſi penū. ꝛ. l. cum ſinc. qñ di. lega. ce. ꝛ no. in. l. j. §. item ſi ita. ad. l. fal. ideo pendente ꝯditione ſtipulationis nouantis non p̄t agi ex nouāda. vt. l. pecunia. ff. ſi cer. pe. l. ſi debitor. ꝛ. l. antepe. ff. de iuſ. do. Bi. dicit hoc verū ſi ponam⁹ ſtipulationem ex cā lucratiua. ſecus ſi ex cā oneroſa. q: tūc non ſperat nouari. vt dixi plene in. l. ita ſtipulatus. Itez de hac mā dic vt plene dixi in. l. ſtipulationes non diuidunt. Quero ſi fabri nō ſunt in terra an teneat inuenire ex locis circūſtantibus? Hic videt dici q̄ nō. ibi: undiqz ꝛc. ſed illud qñ in terra ſunt aliqui alꝫ ſecus. ar. ff. de tu. ꝛ cu. dan. ab his. l. diuus.

Illud inſpiciendum. Difficultas nō impedit diē obligationis cedere ꝛ venire. ſecus ſi eſt impoſſibilitas. hoc dicit. ꝛ iſte. §. eſt bonus vtilis ꝛ ſubtilis. Diuide in ſex ptes. Primo format vnam. q. Secūdo ponit vnam rōnem ꝓ vna parte. Tertio illi rōni rñdet. Quarto ꝓbat illam rōnem eſſe falſam per reductionē ad inconueniens. Quinto ꝓcludit ꝛ ponit determinationē qōnis. Sexto probat dictā rñſionem eſſe verā per reductionē ad inconueniens. Secūda ibi: qd ergo. Tertia ibi: ſed hec recedunt. Quarta ibi: alioquin ſiqs. Quinta ibi: ꝛ gnāliter. Sexta ibi: ne incipiat. Lege lram ꝛ ſub. in tex. teneat. i. in ipſo momento rñſionis veniat. ꝛ cedat dies vt ſtatim poſſit agi. ibi poſſit pecunia. ſubaudi ꝛ videt⁹ q̄ ſic. quid ergo ꝛc. ibi inueniretne creditorē. videt q̄ ceſſet obligatio. alꝫ dicam⁹ eum teneri ad impoſſibile. Item ibi permittunt. ꝓcludit ergo q̄ ꝓfectim teneat. No. q̄ difficultas obligationē nō impedit. vt. ff. e. l. ij. §. ex his. Item no. ꝛ ſigna bene tex. ꝛ glo. ſi vis cognoſcere q̄ ſit impoſſibilitas. dicit q̄ illud qđ nō p̄t fieri impedimēto nāe vl iuris eſt impoſſibile. ſed illud dr̄ difficile qđ ꝓpt impedimentū pſone nō p̄t fieri. Pro declaratione hui⁹. l. habem⁹ videre p̄ an difficultas impediat obligatiōis vigorē. ſecundo an impediat exactionē. tertio an impediat moze ꝓmiſſionē. q̄rto an impediat cōmitti penalē ſtipulationē. ꝛ iſta tanguntur p glo. ꝛ doc. min⁹ pfecte: ꝛ q̄dā examinabo p ꝛia: q̄dā per qōnes. Ad p̄mū ex̄ glo. op. ꝛ videt q̄ difficultas vitiet obligationē. vt. ff. de eo quod cer. lo. l. ij. §. ſigs ita. ꝛ inſti. de v. obli. §. loca. So. difficultas exp̄ſſa vitiat ſtipulationē: vt ibi. ſec⁹ in difficultate nō exp̄ſſa: vt hic. Op. de. l. inſulā. §. j. ff. loca. So. ſi ē ꝯctus bone fidei nō vitiat ꝓpt difficultatē exp̄ſſam. in ꝯctu ſtricti iuris ſec⁹. ꝛ ex hoc apparet difficultas. §. ſigs ſeruos. in. l. ſi mihi ꝛ tibi. de le. j. Et glo. multū ibi variat tñ veritas eſt q̄ teſtm̄ habet inſtar bone fidei. vt. l. in minoz. C. in qui. cau. in inte. reſti. nō eſt ne. ideo difficultas exp̄ſſa in teſtō remouet. Diſtinguo ergo: aut difficultas nō eſt exp̄ſſa: ꝛ nō vitiat: vt hic. aut eſt exp̄ſſa: ꝛ tūc aut in ꝯctibus bone fidei: ꝛ idem. aut in ſtricti iuris: ꝛ tunc aut hñt inſtar bone fidei: aut nō. vt ex p̄dictis patet. poſſet tñ eſſe tanta difficultas q̄ haberet pro impoſſibilitate. vt. j. e. l. §. cum quis. ꝛ ibi no. ꝛ ibi dicam. ꝛ tūc impediret.

Ad ſecundū an difficultas impediat exactionē hic videtur dici q̄ nō. dicit enim ꝓfectim ꝛc. ꝫ. ff. de iudi. l. ſi debitori. §. fi. cum. l. ſe. ꝛ inſti. de inuti. ſtip. §. fi. ꝛ de offi. iudi. §. j. vbi dat dilatio donec poſſit cōmode dari. ꝛ ſic videt q̄ nō ſit aliqua dr̄ia an ꝓmittā tibi ſtichū dare ephe ſi: an ꝓmittam ſimplr ſtichū qui tñ non eſt epheſi. cuius ꝛiū dicit tex. ꝛ glo. So. fateor. ſed vn⁹ bz dilationē a lege: alⁱ a iudice ſm Bi. Quid ē hoc dictū? Rñ. cū exprimit loc⁹ bz quis dilationē a lege ſeu cōuentione q̄ impedit obligōnis diem venire: ꝛ ſic ante diē male agit. vt ff. e. l. §. cum ita. ſed qñ locus nō exprimit tūc tps miſerationis cā indulget ſolutioni: ꝛ ante diem p̄t agi ꝛ in cōpenſationē deduci. vt. ff. de cōpen. l. ſi cū militi. in fi. qui tex. iſta declarat. Sed ꝫ hoc inſti. de inuti. ſti. §. fi. So. nō p̄t agi quo ad effectū executionis vt ibi: ſed quo ad effectū ꝺdemnationis ſic: vt hic in tex. Sed ꝫ. ſm hoc ille qui nō habet pecuniā nō poterit exigi: nec ꝺdemnat⁹ in carcere nō poterit detrudi. ꝛ ſic nō erit neceſſaria ceſſio bonoꝝ cōtra. l. j. C. qui bo. ce. poſ. Rñdeo p̄dicta ſūt vera qñ difficultas eſt in p̄ſtatione ſpeciei. ſecus in p̄ſtatione quātitatis. ſicut enim caſus nō liberat debitorem: ita nec difficultas impedit exactionē vltra tps quod dat iudicatis. vt probat in. l. cum res. §. j. ff. de lega. j. Facit tñ difficultas qñqz vt cogat creditor ꝓ quantitate ſpeciē recipere. vt. C. de ſolu. auc. hoc niſi. Item ꝫ vt in ſpecie nō differt exactio propter difficultatē nō debet p̄ſtari quantitas ſi non p̄t p̄eſtari ſpecies. vt. l. non dubiū. ff. de lega. iij. So. ſi difficultas eſt tempalis differt executio donec ſuperueniat facultas. vt. d. l. p̄tor. in fi. cum. l. ſequeñ cum ſi. Si vo eſſet difficultas dubia ſeu perpetua: tunc deuenit ad eſtimationē. Contra hoc videt. quia qñ ſeruus eſt fugitiuus difficultas eſt dubia: ꝛ tñ non deuenit ad eſtimationē. vt. d. l. cum res. §. ſed ꝛ ſi alienus. ꝛ. l. cū ſeruus. e. ti. So. qñ ſeruus eſt fugitiu⁹ difficultas eſt tanta q̄ aſſimilat quodāmodo caſui fortuito: lz non totaliter qz eum habere nō licet cuius aliqua ſpes ſit. vt. l. iulian⁹. §. j. de ac. emp. facit. l. in fuga. C. ad. l. fa. de plagi. Sed predicta loquunt vbi nō eſt tanta difficultas. Item ꝫ illam differentiā quā feci int̄ obligationē quātitatis ꝛ ſpeciei videt iſte tex. vbi equiparat. So. fateor q̄ equiparat

ctui in substantia obligationis. secus quo ad modū exactionis: vt dixi. Item ꝯ hoc. q2 eadem sunt tpa executionis siue sit debita spēs siue quātitas. vt. l. in fideicom. in ꝑn. s̄. de vsur. So. circa hoc glo. variant. veritas est q̄ idem est tps exactionis vtriusq; qñ agit actiōe psonali. vt. l. ordo. C. de execu. rei iudi. z ibi plene p glo. Sed iudex pōt ex cā prorogare z abbreuiare vt ibi no. z hoc est ex cā tm̄ que cā est fm̄. d. §. fi. insti. de inuti. stipu. nam ē cuidētior cā q̄ in pecunia. vt si est spēs epheſi: tūc iudex statuit diem. z iō ex cā pōt prorogare diē. sed in actione in rem tps nō est limitatū: sed iudex statuit officio suo. vt insti. de offi. iudi. §. j. iō distingue: aut queris vtrum difficultas impediat exactionē quo ad effectū ꝓdemnatiōis: aut quo ad effectū executiōis. z tūc aut in obligatiōe est quātitas: aut spēs seu factū. z hoc secūdo casu aut ē difficultas tpalis: aut dubia. z si dubia: aut multum magna: aut nō. Habem̄ videre tertiū z q̄rtū. Et op. fm glo. et videt q̄ difficultas obligationē impediat. vt. s̄. ad. l. rhodi. de iac. l. si vehenda. glo. dicit. fallit ibi. Item op. de l. ij. s̄. siqs cau. Glo. dicit fallit ibi. Di. vo dicit aut est in obligōne factū z est adiecta pena: z difficultas impedit obligationē in pena oriri. vt. l. si vehenda. z. l. ij. s̄. siquis cau. aut in obligōne est datio: z tūc aut difficultas est ex pte ꝓmissoris: z tūc nō impedit. vt. l. ad diem. s̄. c. aut in re z tunc impedit. vt. l. si homo mortu⁹. s̄. e. An bñ dicat Di. z tu habes glo. valde no. in. l. qd̄ te. s̄. si cer. pe. sup v̄. in ptāte tua. vbi dicit q̄ morā impedit difficultas etiā ex pte psone. z vbi est datio in obligatione. ꝑ hoc videt tex. in. l. thais. §. j. s̄. de fideicō. li. l. cum seru⁹. de le. j. z. l. cum res. in ꝑn. §. sed si stichus. e. ti. Dñi oportet nos advertere. Anteq̄ videam⁹ vtrū impediat pene obligatiōez cōmitti: videam⁹ an impediat more cōmissionem: Et dic aut est in obligōne spēs dari: z tunc difficultas impedit cōmissionē more. vt. l. qd̄ a te. s̄. si cer. pe. z. l. cum seru⁹. z l. cum res. s̄. de le. j. aut est factū in obligōne: z tunc idē. q2 impedit morā cōmitti. vt. l. j. §. si frater. s̄. de coll. bo. aut quātitas est in obligōne: z tūc secus vt. s̄. dictum est. Nec ob. l. thais. §. j. q2 ibi respectu serui factū erat in obligatione. s. luitio sed respectu alioꝝ nō. Ex hoc habem⁹ videre an impediat cōmissionē pene: Et dic q̄ in oibus casib⁹ in quibus ex mora cōmittit pena. tūc q2 mora nō pōt cōmitti propt̄ difficultatē: nec pena. vt. l. ij. s̄. siquis cau. z. l. celsus. s̄. de arbi. Si vo cōmitteret pena ex ꝓditionis euentu nō ex mora: tūc secus. ar. s̄. e. l. in illa stipulatione si calendis. Predicta vera nisi esset in obligatione quātitas dari: vt. s̄. plene dixi.

Si ab eo stipulatus sum.

Possum stipulari ab eo qui nō pōt facere illud qd̄ per aliū est factibile. h. d. Ho. q̄ qui nō pōt facere p se debet facere p substitutū. hoc ideo. q2 nō fuit electa industria psone. et sic fuit cogitatū de effectu qui resultat ex ope z de ꝓditione q̄ resultat tam ex scriptura q̄ de ipso actu: vt dicam plene. j. ti. j. l. nemo. Et glo. inducit ad. q. filij aduocati ꝓcessum fuit in emphiteosim vel feudū cuidam aduocato aliquid: an debeat heredib⁹ eius licz nō sint aduocati cum possint p aliū seruire: Et glo. istam. q. formal i. l. quisqs. C. de epis. z de. z ibi p doc. Spe. formal in ti. d̄ aduo. §. j. v̄. sed pone abbas. Nō est bene declaratū. iō ꝑ est videndū an ipse idē viuens possit seruire p substitutū: Dic siquidē ipe impedit ex cā supuenientis dignitatis vel alteri⁹ necessitatis: z pōt. vt. C. de decuri. l. nullus. li. x. de ꝑn. agen. in re. l. pe. li. xij. Si vo nō impedit sed ipse sua sponte vult seruire p substitutū: z non pōt. q2 videt electa industria psone certe. vt. l. int̄ artifices. j. de solu. z hic. §. nō facit. nō enim pōt dici q̄ hic fuit cogitatum de facto: sed magis de ipso fieri. Si vo ipse aduocatus est mortuus: tunc in herede eius est aduertendū qualit̄ sit facta ꝓcessio. nam si fuit dictū concedo tibi istū fundū vt sis meus aduocat⁹: tunc videt ꝓcessum iur̄ plene proprietatis: z sufficit defunctū fuisse aduocatū donec vixerit. heres aūt in nil tenet. vt. C. de suffra. l. j. §. q̄ si p̄dia. z. j. de va. z exord. cogni. l. j. §. diuus. z hoc verum si ꝓcedens erat ꝑuata psona. si vo esset ecclesiastica tunc videt concedi ad tps donec aduocat⁹ esset: z sic ad heredē non transiret. vt no. ex̄ de insti. c. cum venissent. p Bar. Sed si ponimus fuisse cōcessum in feudū vt glo. ponit: tunc parcat mihi Ja. de belui. qui scripsit sup vsibus feudoꝝ. z in. d. l. quisqs. C. de epis. z de. posuit distinctionē an in feudis possit quis seruire p substitutū. z ideꝝ hic recitabat do. Rai. Ego dico q̄ p̄dicta nil ad propositū. nam istud est feudū datum ꝑ certa mercede. z ideo cōcedens qñcunq; post annū pōt reuocare. vt. x. coll. de feu. guardie z castal. c. j. ꝓuncto ti. de ꝓrouer. inter do. z vasal. c. j. in fi. z ideo heres non pōt habere nisi dño volente.

Cum quis sub hac cōditiōe.

Nō sufficit de facto fieri ad pene ꝓmissionem. h. d. Tu dicis q̄ impossibile est rem sacrā vendere. ꝯ. imo possibile. q2 papa pōt z impator. vt. l. apud iulianū. §. fi. s̄. de le. j. dicit glo. q̄ id qd̄ est possibile explicari per vnū tm̄ est impossibilitas. Di. dicit ista vba in. c. semel deo. ex̄ d̄ regu. iu. li. vj. Oppo. q̄ de iure pōt vendi res sacra lz nō alienari. vt insti. de ꝯhen. emp. §. fi. z s̄. de ꝯhen. empti. l. liberi. dico q̄ rei sacre z religiose nulla ē emptio respectu rei simplicit. quia non transfert dominiū: z qñ ꝑhibet venditio prohibet talis q̄ int̄ scientes valet. quod no. hic. Sed istud videt contra. l. cum pater. §. libert̄. d̄ lega. ij. vbi ꝓhibitio testatoris impedit translationē dominij tm̄ vendens incidit in penā z tenet restituere. Breuiter ibi valet venditio etiā inter scientes. q2 eius rei cui⁹ est cōmerciū: tunc semp pōt venditio fieri int̄ scientes: vt glo. tenet in. l. si emptione. §. si emptor. s̄. de ꝯhen. emp. lz glo. ꝯ teneat z nō bene simplicit. in. l. si is qui pro emptore. §. fi. s̄. de vsuca. Sz si nō est cōmerciū rei: tūc venditio impedit inter scientes z de facto dī fieri: nec pena cōmittit. vt hic. Opp. q̄ sufficit de facto fieri ad pene cōmissionem. vt. l. lucius. §. tres heredes. s̄. ad trebel. So. ibi fuit actum z cogitatū exp̄sse de facto: hic nō. ideo in dubio p̄sumit de iure. Sed ꝯ. C. de transac. l. vbi pactum. So. ibi factū de facto affert incōmodū ideo de facto p̄sumit cogitatū: hic sec⁹. Sed dices tu nōne affert incōmodū q2 coget vendicare qd̄ ꝑus possidebat ecclesia: Rñ. sola venditio nō tribuit hoc incōmodū: sed traditio. sed hic fuit in ꝓditione sola venditio. z istud an sufficiat de facto fieri quo ad pene cōmissionē: dic p Li. C. si manci. ita fu. ali. l. ea quidā. si quo ad pene euitationē dic vt. l. quidā cum filiū. in fi. s̄. e. si quo ad actionē cōse quendā: dic vt. l. mulier. §. fi. cum si. de ꝓdi. insti. Quero: ciuitas ista vult vēdere aliquā plateā an possit: Glo. hic videt dicere q̄ nō nisi ꝑncipe statuente. Sed dico q̄ in istis ciuitatib⁹ que nō cognoscūt superiorē papam vel ꝑncipē q̄ ille pñt. ipse enim sui ipsi⁹ sunt ꝑncipes z ppls liber est. vt. l. nō dubito. de capt̄. z no. e. ti. l. hostes. Sz si ponam⁹ q̄ ꝑncipē cognoscāt: idē dico. q2 ipsa ciuitas statuēdo pōt alienar̄: hoc ē ꝑus legē faciēdo. vt. l. ꝓhibere. §. plane. s̄. quod vi aut clam. vbi ē casus. Preterea probatur. s̄. nequid in lo. publi. l. ij. §. viam publicam. z ibi glo. que in hoc videtur equiparare ꝑncipē senatum z ciuitatem in faciendo locum publicū vel non. Et ideo feci de facto fieri primo statutum: q̄ locus ille esset pri-

uatus: postea feci fieri venditionē solennit. satis puto etiam sufficere si fiat statutū de vendēdo ipsum locū publicum: vt p̄dixi. Hoc ergo p̄misso habes hic aliud notabile q̄ id quod nō p̄t obtineri nisi fiat noua lex per ciuitatem ita difficile est q̄ reputat impossibile. facit quod no. per Jmo. ex̄ de testa. c. filius.

Si ut. Jste. §. ponit formā stipulationis. sic. s̄. e. l. cum quid.

Preterea sciendum. Subtilis est. In dādis nō p̄t quis vni ex heredibus ꝓuidere. secus in faciendis.

Op. de. l. quod dicit. s̄. e. So. ibi pater stipulat factū fieri a filio: hic ab alio ipsi filio. Uel aliter vt in glo. quia cum hic stipuleť post mortem valeret etiā si vt filio stipuletur. vt. l. quodcūq; §. j. s̄. eo. Illa. l. nil facit ad propositum. quia ibi loquit an queratur mihi q̄ filio meo stipuletur: hic vō an heredi acquirat. Uenio ad. l. nostrā et quero q̄ est rō diuersitatis inter obligationē dandi ꝛ obligationem faciēdi. Glo. dicit q̄ in obligatiōe dandi pariter interest virtusq; secus in obligatiōe fieri: vt in exemplis positis in glo. Sed ista rō videť contra casum. l. auo s̄. de pac. ꝛ. l. auus. s̄. de pac. do. sed ibi loquit in pactis que fiunt ad exceptionē: hic in his que fiunt ad actionē Uel aliter vt in glo. mag. quam totā recita vt iacet. Et p eius declaratione ꝛ totius mātē intendo examinare istam materiā per quattuor q̄nes. Primo an quis stipulando possit vni ex heredibus ꝓuidere quo ad actionem. Secūdo an possit vni ꝓuidere quo ad exceptionē. Tertio an possit vnū ex heredibus tm̄ cōtrahendo grauare. Quarto an ꝓuidere vel grauare vltimā voluntatē ꝓdendo. Ad p̄mū quero p̄ que est rō q̄ in dandis nō p̄t quis vni ex heredibus stipulari. Pe. videť dicere q̄ rō est. q̄ obligatio incipit a defuncto nec eius morte finitur etiam si velit. q̄ obligatio est perpetua. vt. l. eum qui ita. §. qui ita. s̄. e. ꝛ ex. l. xij. tabu. diuidit inter heredes. vt. l. ea que in omnib⁹. C. fami. hercis. ꝛ si cer. pe. l. j. ꝛ de pac. l. pacto successor. ideo transit ad heredes. Ex hoc ꝓcudit ipse q̄ si obligatio nō cepit a defuncto ſz inciperet ab heredc. vt. C. vt ac. ab heredi. ꝛ ꝓtra here. l. j. q̄ tūc posset quis vni ex heredibus stipulari. quia cessat rō predicta. ꝛ ex hac p̄sumptione ponebat suam distinctionē satis lōgam quam nō refero. q̄ falsa est ꝛ fundata sup dicta rōne quam ꝓbo falsam. heres enim repūtat personā defuncti solū pro ea parte ꝓ qua est heres. vt. C. de rei vendi. l. cum a matre. no. j. de p̄to. stipu. l. ij. §. fi. in glo. magna Pro aliis partib⁹ extrane⁹ est. vt in dictis. ll. ꝛ. C. de heredi. acti. l. si adulta. ꝛ de bo. auc. iudi. possi. l. si vxor. ad l. fal. l. licz. cam si. Posito ergo q̄ si stipulatio nō incipe ret a defuncto sed ab herede: si dices ei queri insolidum: statim sequereť q̄ possit quis alteri ex̄neo stipulari: cum pro aliis partib⁹ sit extraneus. qđ est ꝓtra. §. alteri. Pretera licz ab herede incipiat obligatio tñ hereditaria est. vt. l. hereditariū. de bo. auc. iudi. pos. ergo etiā fm eū debet diuidi inter heredes per. l. xij. tabu. vt. l. ꝓ hereditarijs. C. de here. acti. Dic ergo tu q̄ est rō quare ei cui voluit ꝓuidere non queriť insolidū. q̄ pro aliis partib⁹ est ex̄neus ꝛ sic ei stipulari nō potuit: vt dictū est. Si q̄ris que est rō q̄ aliis queriť quib⁹ ipse ꝓuidere voluit: Rñ. rō est. q̄ obligatio perpetua est ꝛ transit in heredes p. l. xij. tabu. etiā inuitis ꝯhentib⁹ vt dixi. Item quero q̄ est rō q̄ in obligatiōe faciendi p̄t vni ex heredib⁹ stipulari Rñ. facta sunt indiuidua regulariť. vt. l. stipulatiōes nō diuidunť. ideo cuilibet heredū competit actio insolidū. vt. l. in executione. §. ij. s̄. e. Jdeo nō est mirū si ex stipulatione defuncti cōpetit heredi noīato insolidū. q̄ etiam si nullus esset nominatus insolidū sibi ꝓpeteret. Et si dicis que est rō q̄ aliis nō nominatis nō cōpetit: Rñ. q̄ eoꝝ non interest. vt in exemplis positis in glo. alis si eorum interesset oībus cōpeteret. q̄ esset eadem rō que in obligatione dandi. Et si poneres hoc in facto diuiduo: tunc idē quod in obligatione dandi. q̄ cessat rō p̄dicta Jdem in facto indiuiduo si ageret ad interesse. Sz qđ si stipularet aliquid quod de sui nā nō cit transitoriū ad heredes: vt vsus ꝛ vsufructus stipulat⁹ est quis sibi ꝛ heredi suo ticio: tunc illi ticio acquiriť ꝓout p̄t. q̄ in vsufructu qui est diuiduus acquiriť. s. pro parte hereditaria pro aliis nō. q̄ sibi vt extraneo defunctus stipulari non potuit: ad alios heredes nō pertinebit. q̄ ex persona defuncti finiť ꝛ ad heredes nō transit nisi sit actum. vt. l. stipulatio ista. §. siquis ita. s̄. eo. sed de aliis non fuit actū. ergo ꝛc. In vsu vō qui est indiuidu⁹. vt. s̄. de vsu ꝛ habita. l. vsus pars. queriť illi heredi nominato actio insolidum sicut in aliis indiuiduis aliis heredib⁹ nihil eadem ratione qua. s̄. Ex p̄dictis collige distinctionē per te sic. aut loquimur in his que sunt trāsmissibilia ad heredes. aut in his que cum ꝑsona finiunť. Primo casu aut cōtinet dationem: aut factū. ꝛ si factum: aut diuiduū: aut indiuiduū. ꝛ si indiuiduū: aut agit ad interesse: aut ad ipm factum. ꝛ si ad ipsum factū: aut omniū heredum interest equaliť: aut eius qui est noīatus tm̄. vt ex p̄dictis patet.

Falsus. Nō nōbilez tex. q ille qui appellat habet ratam sententiam. ratio quia alis nō competeret sibi ius appellandi nisi sententia eēt aliqua. vt. l. si expressim. ff. de appel. vnde confirmat sniam tanq̄ sic latam non tanq̄ bene lataz. facit. l. pompo. scribit s̄. de neg. gest. an autem appellando videatur quis approbare sententiā nullaz. dic vt. d. l. si expressim. Dicit ꝫ cū ad auxiliū cōe. Quero qd vult dicere auxiliuz cōmune: dicit glo. cōe oium condēnatoꝝ vel cōe rei ꝛ procuratoris. Quero quid si decursum sit ad auxilium speciale restitutionis in integrū. dicit glo. idem vt. s̄. proxi. qz illud auxilium ē contra ius cōe. secus si eēt ꝫz ius cōmune. qz peteret in iudicio vel extra iudiciuz. gl. non habuit malū respectum. sed verba sua non sunt generalia. iō ē aduertendum an aliquis venit contra ea rōne q̄ posset ēt si verus procurator litigasset ꝛ non videt ꝑprobare vt hic. ꝛ in ꝑn. huius. l. secus si venit contra ea rōne quasi verus procurator nō sit.

Rocurator. In hac. l. glo. pōit casum duobus modis. Oppo. q cautio de rato hodie non possit cōmitti. quia dominus iurat de calūnia: vt in auē. principales. C. de iura. ca. ergo videtur habere ratuz factum a procuratore. glo. respondit certe ꝑ iuramtū potest procuratorem reuocare ꝛ ei contradicere. tu dic vt nō. ꝛ melius in. l. pomp. §. ꝛ si is. s̄. de. pcu. ꝛ vide glo. que incipit q̄liter quis ibi sed ar. contra. sed in omnibus ē reperire fauorem vel aliam iustam cām. Quero quando dominus videatur habere ratū: Rñdeo quandocūq; facit illud qđ facere non potest nisi illud sit ratum qđ factum ē a ꝓcuratore. vt in exemplo hic posito. facit. l. pro herede §. pōponi⁹. s̄. de acq. here.

Actor. In causa suspecti procurator ex parte rei cogitur cauere d̄ rato hoc dicit. Oppo. ꝛ videtur q ex parte actoris prestetur ista cautio. sed ex parte rei sufficiat cautio iudicatum solui. vt. l. non solum. §. qui alieno. ꝛ §. se quē. s̄. de procu. So. speciale est in causa suspecti tutoris. ꝛ in quibusdam alijs qui ponuntur in. §. si status. ꝛ §. se. in. d. l. non solum. ratio quando per cautionem iudicatum solui est cautuz actori non debet interponi cautio de rato. quid enim interest sua dominus habeat ratuz vel non si sibi soluitur: certe nihil. sed quando dño non est cautum. vt in causa status vel suspecti vt hic. tūc etiam ex parte rei debet caueri de rato vt hic.

Is cui. Heres non potest ratum habere qđ factum est nomine d̄ functi in his que ad heredem non transeunt. hoc dicit. Opp. de. l. si quis offerenti. §. fi. s̄. de solu Solu. ibi in his que ad heredem transeunt hic in alijs. vt nota. per Bi. de re. iu. c. ratum in pe. q. li. vi. ꝛ. l. pantoni⁹. s̄. de acq. here. dicā pleni⁹. ff. e. l. bonoꝝ Itē op. de. d. l. pantonius. So. speciale in restitutōe in integrū.

Rocurator. Proposītio actōis q̄ exceptio rei iudicate ñ obstaret si dñs ver⁹ egisset. nō facit stipulationem de rato ꝓmitti. h. d.

Si ꝓcurator. Hic est multum singularis. §. ꝛ. h. d.

Defensor

Defensor ex necessitate põt exceptiõez ex sua psona po
nere hoc dicit aduerte. Oppo.t videtur q post
q̃ dominus recepit pecuniam a procuratore videtur ha
bere ratum factum ab eo.vt.l.quidaz.s̃.de euict̃.t.l. cũ
indebitum.C.de condi.inde.t sic postea non põt ipro
bare. So.intellige hic post improbationem factam sibi
solutum. Item oppo.q ista exceptio doli que com
petit principali competat etiaz ipsi procuratori.vt.l.quo
enim.§.iul.j.e.So.dicunt quidam vt Jac.de are.hoc
esse verum q etiam procuratori competat quod mihi ñ
placet.nam exceptio doli que competit ex ratihabitione
facta postea post improbationem competit ipsi procura
tori sicut domino.vt.l.contraria.t nõ.in.l. dispensatorẽ
circa fi.s̃.de solu.sed hec exceptio doli non causatur ex
ratihabitione.non enim potest habere ratuz.quia termi
ni sũt mutati.vt.l.cũ indebitũ.j.eo.t.l.bonorum.sz cau
satur ista exceptio ex debito naturali qd̃ ipsi domino ñ
procuratori competit Contra hoc oppo. si competit
domino t nõ procuratori.ergo dominus qui defendit
pcuratorem nõ poterit vti ista exceptione cum non de
beat melior conditio esse procuratoris seu defensoris q̃
domini.vt.l.si minor.§.quoniam .s̃.de pcu. Ratio ibi
loquitur in defensore voluntario.hic loquitur in defen
sore necessario.necessitate tamen causatiua.q2 si pcura
torem non defenderet procurator haberet regressum cõ
tra eũ.vt hic dicitur.vnde põt exceptionem proponere
ex persona sua.simile in.l.idemq̃.§.generaliter. s̃. mã.
t facit.l.sed t si lege.§.item.si rem.s̃.de peti.hered. qd̃
nõ.per Bi.in.l.marcellus.t ibi dixi.s̃.de fideiusso.

Per hoc ego determinaui q si cõiũctus meus petijt
rem ab extraneo cui ego vendidi.t cui de euictione tene
or q ego comparens possum petere q fiat compromis
sum ex vigore statuti loquentis de questionibus cõpro
mittendis inter cõiunctos. Incontra.fortiter facit.l.ven
ditor.s̃.de iudi.quod dic vt in disputatione mea que in
cipit cõsiliũ ciuitatis pisane decreuit. Quero dicitur
hic q stipulatio committitur quero ad quid cõmittat:
dicũt quidam ad sũptus litis tm̃.vt.l.si sine.§.cũ autem
t.§.marcellus.glo.dicit q cõmittitur ad totam quanti
tatem t ad totum interesse. t hoc videtur velle tex. hic
tamen plenius dicam in.d.§.cum autem t.§.marcellus

Secũdo quero certũ est q secuta absolutoria a vo
debito remanet debitum naturale.vtrum ex tali debito
possit opponi cõpensatio:scõm gl.que est hic videt ca
sus q cõpensatio possit opponi in glo.super verbo exce
pt.hoc tenebat Bi.doct. omnes nostri tenent contra
per.d.l.quo enim.t quod ibi nota.ad banc.l.respõdẽt
q hic est exceptio doli nõ cõpensationis.nam cõpensa
tio est debiti t crediti contributio.t sic oportet q actor
t reus inuicem sint debitores t creditores. hic autem ẽ
vnũ debitũ qd̃ petitur t de quo exceptio opponitur.ita
tenent doc.C.de cõpen.l.ex causa.t ibi plene vide Li.

Quero vtrũ dñs iste possit suscipere defensionẽ istiº
pcuratoris eo inuitor:glo.que est hic dicit q nõ. Sed
cõtra hoc op.de.l.solutionem.s̃.de solu. Respõdeo ibi
loquitur quando suscipiebat animo nouandi.t volen
te auctore eo inuito.secus vt ibi dixi. Item ptra hoc op
po.gl.de.l.si procurator.s̃.de pcu. glo. non soluit. di
cas q ibi ambo cõcurrunt in iure iam quesito domino
hic loquimur in iure querendo q pcuratore inuito nõ
põt queri dño ita intelligitur dictum Jo. Quero an
isto casu cum pcurator nõ patitur dñm defendere pos
sit agere cõditione indebiti vel sine cã cõtra dñm.rñ. nõ
q2 dãnũ illud sẽtit sua culpa t dãnũ qd̃ qs sua clpa tẽ.

Siquis a procuratore. Nota tex. ibi.sed la
beo tẽ. Oppo.q pcurator ex parte rei non caueat
de rato.sed ex parte actoris.vt.l.non solum.§.qui alie
no.s̃.de pcu.So.speciale in causa status.vt dixi.s̃. e.
l.tutorem. Opp.q in cautione de rato nõ cogat̃ qs
inserere certam sũmam.vt.l.fi.s̃.de preto.sti.Solu.hic
speciale.quia interponitur super re inestimabili. Ul
timo nõ q ista stipl̃o ꝓmittit eo ipo q dñs ratũ nõ bẽt
de quo dicã.j.e.l.quo enim.§.i.

Ctor. In hac.l.iurisconsultus facit men
tionem de quattuor personis qua
rum prima tenetur cauere de rato tres non.

Opp.de.l.item eorum.§.actor.s̃.qd̃ cuiusq̃ vni
uer.Solu.si cõstet de mandato actoris vniuersitatis nõ
cauet de rato vt hic. secus si nõ cõstet.vt in contrario.

Venio ad questiões t primo circa actorem tutoris q̃
ro qualiter ꝓstituatur.respõdeo debz cõstitui solenniter
t cũ decreto.vt insti.de cura.§.si.t ita dicit hic glo.circa
p̃n.sed.j.i e. gl.circa mediũ dicit q modus instituendi
ẽ q precedat mandatum tutoris t sequatur decretũ iu
dicis.hoc est q tutoris mandatum interueniat. t q tu
tor ipse cõstituat actorem cuz decreto iudicis videtur.p
bari in tex.h dũ dicit actor a tutore datus quasi ipse tu
tor det.hoc videtur ꝓbari in.l.solent.s̃.de tutel. vbi tu
tor dat permittente iudice. Incõtrarium videt q ipse iu
dex debet dare ad petitionem tutoris vt.l.si actor.C.de
ap.licz glo.ibi aliter sentiat t.d.§.fi.insti.de cur. t hoc
sentit hic gl.parua super verbo datus.dum dicit.i.dari
petitus quasi iudex det ad petitionem tutoris.veritas ẽ
q vtraq̃ practica est bona.vel q tutor ipse ꝓstituat acto
rem t iudex interponat decretum.vel q iudex ipse con
stituat ad petitionem tutoris.vt nõ.glo.in.l.neq̃.C.de
pcura.eo autem absente nõ posset cõstitui vt.C.qui da.
tu.pos.l.curatorem. Secũdo quero vtrũ requiratur
causa in cõstitutione actoris.dico q sic.vel causa necessi
tatis ꝓpter infirmitatem vel absentiam necessariam. vel
causa voluntaria ꝓbabilis tamen vt propter honestatez
vt in muliere vel alia egregia persona.vt.l.decreto.s̃. de
admi.tu.t.d.§.fi.insti.de cu.t quod nõ.in predicta. l.
curatorez.C.qui.da.tu.pos. Hoc premisso quero vtrũ
talis actor debeat cauere de rato? gl.dicit hic q quãdo
cõstat de mandato tutoris tm̃ t non de iudicis decreto.
tũc omnino debet cauere. ita loquitur hic dũ dicit tex.
actor a tutore datus nec aliquid dicit de decreto. Si vo
de vtroq̃ constaret tũc non caueret.ar.l.i.C. de procu.
t.l.ne satisdatio.j.e.ti. Roff.in libellis suis in titu. de
acti.ex sti.rem ra.ha.dicit q actor omni mõ debet caue
re etiam si cõstet de decreto.t dicit q hoc tenuit quidaz
suus doctor qui vocatus fuit Karolus. Pro hoc facit
iste tex.qui dicit omni mõ.t rõem dicit ipse iter actorem
t alios qui h nominãtur.q2 actor cõstituitur a nõ dño
alij a dño.do.Old.dicit idem q etiam si cõstat de man
dato t de decreto debet cauere actor.rõ q2 in ꝓstitutiõe
actoris regritur cã vt dictũ ẽ.vnde si cã eẽt surrepticia d̃
cretum eẽt nullum.vt.l.cum vo.§.subuentũ.s̃.de fidei
cõ.liber.t.l.j.§.hec verba.j.ne vis fiat ei.vnde adhuc ẽ
dubiũ de mandato an sit validum mandatum actoris
lz cõstet de decreto t de mandato.innuit ergo q si de cã
ꝓstaret legitime q tũc nõ cauerz.t ista sua opi. placz mi
hi multũ. Quero de quo cauet iste actor tutoris.gl. di
cit q debet cauere q minor ratum habebit.t fz rug. dz
pmittere certã sũmã pecunie si minor restitutõem petat.
vt.l.iij.§.j.s̃.e.ti d̃ h.fo dic vt dixi ibi.tñ d̃ ꝑ dubitat t
vr̃ q ñ debeat cauẽ q pupill ratũ hẽbit.sz q ratũ hẽbit
tutor qui eũ cõstituit.vt.l.ij.§.j.de cu.bo.dã.pro hoc fa
cit q2 nõ dicitur ipse actor agẽ immo tutor agit per acto
rem.vt.l.j.C.de acto.a tuto.dã.videte dubito in boc.tñ

ſinaliter pro modo dicerem aduertendum ad modum cõſtituendi. nam ſiqdem tutor ipſe ꝓſtituit cũ decreto iudicis. tũc teneatur cauere rem ratam tutorẽ habiturũ. vt d.l.ij.§.j.de cur.bo.dã. niſi forte eẽt dubiũ de tutela. nã tũc ſicut ipſe tutor teneꝫ cauere. vt.l.vulgo.ſ.de admi.tu to. ita actor ꝓſtitutus ab eo. qꝫ tm̃ durat offm̃ actoris q̃ꝫ tum durat officium tutoris ꝛ eiſdem modis regulaꝫ. vt nõ. in.d.l.neq;. ſi vo actor eẽt cõſtituꝫ a iudice petente tu torem. tũc ipſe gerit negocia pupilli. ꝛ ꝑ pupillo tutoris periculo tũc puto q ꝯſta gl. ꝓcederet q cauere rem ratã habiturũ pupillũ. hoc eſt vtile ſcire. qꝛ quando tutor vlt releuare in inſtrum̃to actoris actorem ab onere ſatiſdã. tũc ſi ꝓmittit pupillũ ratũ habiturũ. qõ faciet actor cuꝫ debeat ꝓmittere ſe ratũ habiturũ. tutius ẽ tamẽ q ꝓmit tat ſe ꝛ pupillũ ratũ habituꝝ. vt ſic cõprehendatur taꝫ tu tor q̃ꝫ pupillus. Quero qñ poterit pupillus ratũ ha bere. rñdeo factus adultus. vt.l.ſi pupillus in ꝑnc.ſ.de noua. Quero vtrũ bona iſtoꝝ actoris ſint obligata pu pillo ꝓ adminiſtratione. Reſpondeo ſiquidẽ ẽ ꝓſtituꝰ a tutore. tunc ipſe gerit cõtemplatione tutoris nõ pupil li. vt.d.l.j.C.de acto.a tuto.dan.ꝛ ar.l.mãdaſti.ſ.de ne go.geſt. ideo bona tunc eẽnt tacite obligata ſicut bona tutoris. vt.C.de admi.tu.l.pro offõ. ꝓ hoc facit ſupra õ ꝑui.cre.l.dabimus.§.j.ꝛ qõ ibi nõ.facit.C.de iudi.l.ꝓ perandũ.§.pe.ꝛ hoc ſufficit circa ꝑmum. Venio ad actorem ciuitatis. ꝑmo quero qualiter ꝓſtituatur. gl. dic q in iſtis non reqritur ſolẽnitas quaſi dicat decretũ ſu perioris non exigitur. vel ſi exigit ꝓſumit̃ interceſſiſſe qõ eſt notabile dictũ. Videam ꝑmũ dum dicit q decretuꝫ nõ reqritur ꝯriũ. nõ. in.l.nulli.ſ.quod cuiuſq; vniuer. no. per.l.j.C.de ſerui.reipu.ma.ꝛ illud Bi. Bul.õ cu. in.d.l.tꝫ ꝯriũ. ſ.q nõ requirit decretũ ſuperioris. ſed ſuffi ciat ipſum decretuꝫ decurionum. hoc eſt ipſa ordinatio ꝛ conſtitutio decurionũ. vt.l.itẽ eoꝝ.§.ſi decuriones. ꝛ.§ actor. ſ.qõ cuiuſq; vniuer. no. ꝛ ita logtur tit. de decre. ab or. fa. ꝛ.C.de decre. decu. Preterea dicit ipſe ea que requirũtur ad ꝓſtitutionem alicuius actus requirũt ad deſtructiõem. vt in auth. de defen. ci.§.ſed interim. ꝛ. l. ſi vt proponis. C. de nup. ꝛ de diuor. auth. ꝯ ſi liberi. ſꝫ ego video q in reuocatiõe actoris vniuerſitatis ſufficit ſolũ decretũ decurionũ. vt.d.l.itẽ eoꝝ. ergo ꝛ in conſtitutione Non ob.l.j.C.de fuiſ.reip.ma. quia ibi logtur in actu odioſo. ſ. in alienatiõe rei ꝓprie in qua reqritur decretuꝫ ſuperioris. ita dicit ipſe. ꝛ hoc puto verum qõ tenet Inn. ex̃. de ꝓcu.c.vlt.ꝛ de iura.ca.c.cum cãm.ꝛ ẽ magni effe ctus. nam ſi ſuperior eẽt excõicatus nõ poſſet conſtitui actor ſeu ſindicus ab vniuerſitate: immo plus q ſi inter poneret decretum ſuum ſuperior excõicatus: licꝫ nõ fue rit neceſſe de iure. tamen non valet cõſtitutio talis acto ris ꝛ ſindici. vt.d. ca. vltimo de ꝓcu.ꝛ ibi per Innocẽ. Predicta vera quando ꝓſtituitur ſindicus ſeu actor ad ea que pertinent ad vniuerſitateꝫ tm̃. ſecus ſi pertinẽt pa riter ad vniuerſitatẽ ꝛ ad ſuperiorem. vt nõ. in ſpe. de ſin di. §.j.v. item q ẽ cõſtitutus. facit extra de reſcrip. c. edo ceri. Sed iuxta predicta formo vnum dubium. põe q eſt ꝓſtitutus ſindicus vel actor decreto ſuperioris. vel pone in alia materia q pupillus cõſtituit ꝓcuratorẽ au ctoritate tutoris ſm formam. l. neq;. C. de ꝓcura. an tu tor ſolus poterit reuocare vel vniuerſitas ſola. Bul. de cu. ſm rõem ſuã quam ſupra recitaui. videtur tenere q ñ poſſit reuocare. ꝛ ꝑ hoc facit optime tex. in.l.ſi qs man cipium. §. ſi pupillus. ſ. de inſti. tamen ibi idem Bul. dicit aliter videlicꝫ q ſolius tutoris reuocatio ſufficiat. ꝑ l. ſi epiſtolam. ſ. de acqui. here. non ob. §. ſi pupillus. qꝛ ibi logtur in inſtitore cuius mandatum non finitur. hoc ẽt tꝫ Inno. extra de teſti. c. ad hec. que erat olim extraua gans poſita hodie in. c. pñtium. de teſti. li. vj. vbi dicitur q abbas ſolus põt reuocare ſindicum conſtitutum ab eo vna cum capitulo. Ratio qꝛ etiam ipſe ſolus hꝫ exer citium actionis ſicut ꝛ tutor vt. d. l. ſi epiſtolam. Et ideo in hoc aduerte an ille qui reuocat haberet ſolum exerci tium: ꝛ tunc ſolus reuocare põt ꝛ alꝫ non. Ulteriꝰ vẽio ad ꝑm dicitur hic in glo. ẽt ſi decretum regratur q preſu mitur decretum. dñs Old. dicit ꝯrium. quia ẽ ſolẽnitas vt. l. quecũq;. ſ. de publi. ꝛ dixi in. l. ſciendũ ſupra õ ver bo. obli. ꝛ pro iſta ꝯglo. videtur caſus extra de his que fi. a prela. c. ea noſcitur. vbi dicitur q illud quod facit ꝑla tus ꝑſumitur facere cum ꝓſenſu capituli. ꝑm glo. ꝛ Inn. ibi. tamen audiui q doc. moderni aliter hodie illud ca pitulum intelligunt. vt non preſumatur quod placet ma gis. poſſumas tamen ſuſtinere iſtam gl. iſto modo vos ſcitis q vniuerſitas non debet coadunari niſi de mãda to ſuperioris. vt.l.ij.C.de decu. ꝛ.l.ſi aliquis libertus. ꝛ de lega.l.ſi quis in legatꝫ li. x. vnde ſi apparet vniuerſita tem eẽ coadunatam. ꝛ hoc de mandato ſuperioris poſ ſet dici q ꝑſumatur decretũ. imo ipſum coadunare ad ꝫ ꝛ hoc ꝓmittere ẽ ipm̃ decretũ. ar. ad.l.ſolẽt. ſ. de tutel.

Hoc ꝓmiſſo quero an talis actor debeat cauere õ ra to vel ſindicus. rñdeo aut ꝓſtat õ mandato ꝛ nõ tenetur cauere alꝫ ſecus. vt.d.l. item eoꝝ. §. ſi actor. an autem in inſtrumẽto ſindicatus reqrãtur noia ꝓſtituentiũ dicã vo bis. j. õ albo ſcri. l. j. Vẽio ad tertiũ. ſ. ad magiſtratũ ſeu magiſtrũ vniuerſitatꝫ. ꝛ breuit̃ i eo dico idẽ ꝑ oia qõ i actore ꝛ ſindico ciuitatis. vt.l.ciuitas. ꝛ qõ ibi nõ. ſ. ſi cer. pe. Qualiter ãt poſſit eſſe vniuerſitas vel ciuitas vel collegium ſine actore tangam vobis. j. de coll. illi. l. i.

Venio ad quartum dicitur hic q curator datus bo nis cõſenſu creditoꝝ nõ cauet. Quero vtꝝ in tali cura tore reqraꝫ decretũ ſuperioris. gl. ꝫ in ſi. dicit q nõ. In cõ trariũ vꝫ tex. in. l. ij. circa ꝑn. ſ. de cu. bo. dan. ꝑ iſta gl. facit. l. vlt. ſ. de cu. bo. dan. So. qñ curator datur bonis abſentꝫ reqritur q detur a iudice. vt. l. ij. ſ. de cu. bo. dã. ꝛ ibi dixi. ſed ſi datur bõis alicuius q ceſſit bonis: tunc põt dari a creditoribus. vt. d. l. ſi. de cu. bo. dan.

Interdum. Dicit hic q extra iudicium ꝑſtatur ex conuentione quaſi dicat in iudicio ex neceſſitate: ꝫ vult dicere q extra iudicium ex parte eius cui cauetur ꝛ ca uentis dicitur ex conuentione. quia q̃ꝫtuncunq; caueat de rato non tenetur vendere vel contrahere. ſed in iudi cio eſt quedam neceſſitas cauſatiua ex parte cauentꝭ. qa non auditur niſi caueat. Item ex parte eius cui cauetur quia habet neceſſe ſe defendere vel pati.

Ito enim. §. rẽ haberi. Quero quo modo fiat iſta probatio: dicit Rug. non improbare ratihabitioni par eſt. Contra iſtam glo. videtur tex. in. l. procurator ad exhibendum in ſi. ſupra eodẽ titulo vbi non approba re eſt improbare. ad idem infra proxi. §. tu dic ſic quan doq; geritur aliquis actus me preſente. ꝛ in hoc vtrum preſens videatur conſentire vel diſſentire non eſt noſtra materia. ſed de ea habes per gloſam in. l. filius. §. inui tus. ſupra de procura. ꝛ. l. gaius ſupra de pigno. ac. et ꝑ Binum in cap. is qui tacet de regu. iur. lib. vi. ꝛ per Li. C. de procura. l. inuitus. ꝛ ego plenius in. l. que dotis ſupra ſolu. matri. Quandoq; geritur aliquis actus me abſente. tunc ſi ego cognoui ꝛ taceo an videar ap probare vel improbare eſt noſtra materia in qua dic aut geritur aliquis actus pertinens ad acquiſitionem ꝛ ad mei commodum. ꝛ tunc non improbare eſt appro bare. vt. l. ſi abſentis. C. ſi cer. peta. ibi per gloſam ꝛ per doctorem. ꝛ hoc caſu poteſt verum dicere Ruge. qñq;

geritur

geritur actus qui põt respicere meũ pĩudiciũ vel respicit ꝛ tũc quãdocp superuenit simplex sciẽtia ꝛ eo casu non approbare ẽ ĩprobare: vt.l. ꝓcurator in fi.s.e.ti.ꝛ.j.px. §.qñcp superuenit sciẽtia cũ aliquo actu: vt cũ põtatione litterarũ vel instrumẽti ꝛ dñs recipit: ꝛ tunc nõ ĩprobare est approbare: vt.l.si filius.s.ad mace. facit ex ꝺ procu. c.j.ꝛ.j.fur. aduersus nau. caup. sta.l.j.§.fi. Predicta sal lũt in.l.fi.s.qui ꝛ a quibus ꝛ.l.in spõsalibus.s.de spõsa. Quero vtp quis possit habere ratũ abñte pte. Rñ deo sic: vt nõ.in.l.pomp. scribit .s.de neg.ges.

Julianus. Opp.de.l. dispẽsatorẽ in fi.s. de solu. So. ibi quo ad actionẽ nõ potest haberi ratũ qꝺ semel reprobauit: ꝟ quo ad exceptionem sic: qꝺ plene dic: vt ibi dixi.

J commissa. Oppo. ĩmo videtur cp interesse nõ habeat rõ lucri: vt.l.si sterilis .§.si p vẽditorẽ.s.ꝺ.act. emp. Solu. ibi petitur interesse propter non factum. hic propter male factum. male enim fecit agere tanquam procurator cum non esset. ita nõ fm Guil. de cu. ibi.

J quis uni Hic habes cp equiparat stipulatio rẽ ra.ha.ꝛ am plius nõ peti quo ad ea que hic dicũtur: quo ad alia tamẽ differunt. vt videbitur.ꝛ.j.l.prox. Secũdo habes hic qualiter accipitur quasi per totũ corpus iuris vbi dicitur de duobus reis si sũt socij. nã intelligit ĩ hoc tex. cp sufficit si sunt socij eiusdem obligationis: ꝛ cp omne commodum ꝛ incõmodum quod contingit ex obligatione sit cõe vt ꝟ.

Oplius non peti Ista ẽ val de solẽnis l.ꝛ est multũ singularis. nõ tex. ibi ꝟ enĩ nõ petit ꝛc. Et breuit. h.d. Petitio cũ ꝓtestatione solonis receptio ꝛ cõpẽsatio stipulationẽ amplius nõ peti commit tere faciũt: secus si neutꝛ eoꝝ interuenit. h.d. Opp. cp sĩñ ꝓtestatõe ꝛ solutiõe ꝟ stipulatio ꝓmittat. vt.s.e.l. procurator in fi.ꝛ.l.quo enĩ.§.j.ꝛ.§.fi.s.eo.ti. So. aliud in stipulatiõe rẽ ra.ha. que citius cõmittit vt in ꝓtrarijs: aliud in hac stipulatiõe q cõmittit tardius. Nec ob.s.l.prox. vbi eqparãtur iste stipulatiões: qꝛ quo ad aliud ibi loqt

Opp. cp verbũ peti verificet per simplicez petitionẽ facta ex iudiciũ: vt.l.si.x.cũ petiero.s.de vbo.obli. Sol: dicit glo. aliud ibi ꝛ aliud hic. Ex hoc nõ haberes intellectũ quare dico sic: qñcp verbũ peti refert ad eꝝ cui ex petitiõe ꝺz acquiri: ꝛ tũc verificat ex simplici petitione extra iudiciũ: vt in.l.ꝓtraria. qñcp refertur ad eũ qui ex petitiõe ꝺz obligari. ꝛ tũc regrit litꝭ cõtes. ꝛ alit nõ vificatur nisi ex litꝭ cõte. vel ex aliquo actu ex his que ꝟ ponunt. Itẽ op.s.de in ius vo.l.q̃uis.solu. ibi libertus tenet in ius nõ vocare: vnde ex simplici citatiõe pena cõmittit. ꝟ autẽ tenebat nõ petere: ꝛ sic illa.l.q̃uis. quã glo. allegat ve debꝫ assignari pro ꝓtraria. Itẽ op.C. de trãsac.l.si qs maior. gl. dicit so. vt ibi. nã ibi fuit ꝓmissũ nõ ꝓtrauenire quo casu stipulatio cõmittit quocũcp mõ veniat cõ ꝟ ãt fuit ꝓmissũ amplius nõ peti. Itẽ op.s. de solu.l. cũ mihi. x.§.j.ꝛ.§.fi. glo. nõ soluit. dicit Bi. cp ibi ignorãs factũ falsi procuratoris fuerat litꝭ cõt. hic sciẽs. ita dicit Bi. qꝺ nõ. qꝛ fm hoc totũ hoc qꝺ dicit in hac.l. itelligit in sciente qꝺ satis placet. Vel dic q̃tuz ad contrariuz cp ibi nõ agitur de stipulatiõe cõmittẽda: qꝛ non fuit ibi ꝓmissũ amplius nõ peti: sed agit ibi de debitore nõ liberãdo. Itẽ opp.de.l.pap.§.meminisse.s.de inoffi.tes. ꝛ de bo. libe.l.in seruitute.§.petijsse.ꝛ.l.qui cum maior.§.accusasse.ꝛ.C.de his quibus vt indi.l.alia. in q bus videtur cp requiratur vt quis persistat vsqꝫ ad sñiã ad hoc vt incidat ĩ penã glo. non sol. Bi. dicit ille leges habent locũ in penis legalibus hic autẽ in penis conuẽtionalibus: ꝛ mitius agit cũ.l.q̃ cum homine: vt.l.cels. s.de ar. ita ẽt dicebat dominus Old. Quidã doc. repẽdunt ĩmo dicunt quia durius agit cum.l. q̃ cũ homine: vt.l.si libertus.s.de iure pa. nec ob.l.celsus: qꝛ mitius agitur cũ.l.q̃ cum homine ministro.l.nam ibi loquitur de iudice vel de arbitro qui est minister.l.ꝛ iõ cuꝫ eo agitur durius: qꝛ qñ ipe offendit. offẽdit.l.ꝛ homo sec in homine simplici. ita refert Ci. in.l.siquis maior. C.de transac.ꝛ.l.in criminali .C.de iurisdic. om.iu. Istud dictum nõ placet. nam arbiter nõ est minister.l.fm tempora. ffoꝛ. cũ ex eius sñia non oriet actio neq exceptio. nec ob.l.si libertus. quia debet scire cp est quedã pena q respicit annullationem ipsius actus: ꝛ in hoc durius agitur cum.l.q̃ cuꝫ homine quia.l. potest facilius annullare q̃ dispositio hominis: vt.d.l.si libertus. ꝛ qꝺ nõ. in.l ea lege. C.de cõdi. obc̃aꝫ. quedã est pena extrinseca in ista durius agit cũ homine q̃ cũ .l.vt ꝓbat ex hac.l.ꝛ ĩ cõtrarijs. ꝛ sic teneo solutionẽ. Bi. sed cõtra hoc facit foꝛtiter. C.de plus peti.l.j. vbi ẽ pena legalis ꝛ tñ petere dicitur vsqꝫ ad litꝭ cõt. solu. specialis casus est ibi. ideo qa deliquit in duobus. s. in exigendo cautionẽ dolo ꝛ plus petendo. Itẽ oppo.s.de.v.ob.l.stipulatio ista.§.j. ibi sed quatenus ꝛc. vbi sufficit qualis. qualis cõtrouersia. So. aliud in stipulatione habere licere vt ibi. aliꝺ in stipulatione amplius nõ peti: vt hic habes expeditã istam gl. Et ideo vt tibi liqueat ista materia dic clarius: qñcp interponitur stipulatio rẽ ra.ha.ꝛ tũc quãdo cõmittatur vidistis.s.e.l. procurator ad exhibẽdũ.§.fi.ꝛ.l.quo enim §.j.ꝛ.§.iul. qñcp quis promittit nõ cõtrauenire. ꝛ tũc cõmittit quoquo modo cõtrauẽiẽdo: vt.l.si quis maior. C. de trãsac. qñcp quis promittit cõtrouersiã nõ mouere. ꝛ tunc quoquo modo fiat ꝓtrouersia cõmittitur stipulatio ante litꝭ cõt. siue post: vt.l.diu. ꝛ.l.sed ꝛ si.l.§.ante litẽ.s. de peti. here. siue agendo siue excipiendo: vt.l.nõ soluꝫ §.si status.s.de procu. facit.l. cõtrouersia. C.de cuicq. qñ cp quis ꝓmittit nõ petere: qꝺ dic vt hac.l. aut verbũ peti refertur ad creditorẽ aut ad debitoreꝫ: aut hoc venit in obligatione legali: aut in conuentionali: vt.s. dixi. fallit in casu.l.j.C.de plus peti. quia ibi propter duplex ꝺ lictum. quandocp quis promittit questionem nõ mouere ꝛ istud est dubiũ. nam glo. in.l.ij. ꝛ.iij.C. finium regũ videtur intelligere questionez per litꝭ contes. alibi in.l. q fidem.s.de transac. videtur intelligere quocunq modo moueatur controuersia etiam ante litꝭ conte. dubito. finaliter possumus dicere cp quando verbum questionis ꝓfertur a.l. tunc intelligatur per litꝭ contes. vt.d.l.iij.C. finium regun. si ꝓfertur ab homine tũc intelligitur etiam ante litꝭ cõtes. vt nõ. in.d.l. q fidẽ ꝛ.l. lucius.§. tres heredes ad trebel. licet qñcp hoc verbũ questio in iure aliter assumitur. ponitur enim questio idest dubitabilis ꝓpositio: vt.l. questionem. C.de fideicõ. ꝛ.l. vlti. C.de pac. cũ si. quandocp ponitur pro toꝛtura: vt in ti. de questionibꝰ C. ꝛ.ff. quandocp quis promittit causam vel litem non mouere: tũc qualiter intelligatur dic. vt. C. de transac. l. causas ꝛ.l.j. in prin. de testi. quandocp quis promittit ĩ ius non vocare tunc cõmittitur per solaꝫ citationem: vt.l q̃uis.s. de in ius vo. quandocp promittit habere licere tũc etiã cõmittitur per solam cõtrouersie motionem vt.l. stipulatio ista.§.j.s.de vbo. obliga. ꝛ hic nõ in fi. glo.

Unde intelligas cp notarij non sine causa apponunt in instrumentis ꝛ promisit non mouere questionem litẽ ꝛ controuersiam ꝛc. Uenio ad.v. si vo soluta ꝛc. dicitur hic cp per solutionem factam extra iudicium committitur hec stipulatio. cõtra per actum factuz volenti nõ incidit quis in penam: vt.l. quamuis in fi.s. de in ius

vo.ꝛ de re.iur.c.ſcienti li.vi. vnde per ſolutionem factam volẽti recipere a volẽte videt nõ ꝓmitti penã. Preterea tutuſ exceptõe pemptoria ꝛ fauorabli ſoluẽs ſcient videtur donare: vt.l.j.ſ.de ꝓdi.ide.l.q exceptionẽ co.ti.ꝛ.l. ſiqs delegauerit.ſ.de noua. vnde iſte cui erat facta, pmiſſio amplius nõ peti erat tutuſ exceptiõe: meríto ſoluens ſciẽter videt donare nec ad penã põt agere: ſz ħ dr̃ ꝓtrariũ. ergo male. So. ad vtrũq; dico q ħ dz intelligi ĩ eo qui ſoluebat ignoraãter qđ apparet ex ꝓtinuatiõe ꝓceden tis.l. ad cui⁹ declarationẽ facta ẽ ħ.l.nã ibi fuit factũ pactũ amplius nõ peti vni ex duob⁹ reis.ꝛ ab alio petitur: ita ħ intelligo q ab alio ignoraãte ſoluebat: ſecus ſi a ſciente p rõnes ꝓdictas. Quero pro declaratiõe: maritus legauit vxori multa ſi dotẽ nõ repetierit: modo ipa recepit dotẽ ab herede ſponte ſoluẽte ꝛ ſciẽte vtq; iſta vxor videatur dotẽ recepiſſe ꝛ repetiſſe: ꝛ ſic ipſa videat defecta cõditio: videt q ſic p hũc tex. Jn ꝓtrariũ facit qđ modo dixi: qr ſolutũ ẽ a ſciẽte: ſed nõ ob.qr qđ.ſ.dixi hz locũ in eo cui eſt factũ pactũ amplius nõ peti: ex quo ipi reo acgritur exceptio: ſed ħ nõ peti venit in cõditiõe ex quo ſoluẽti nulla exceptio querebat. ſed adhuc ſoluere tenebat imo eſt quid iputet mulieri cui debuit denunciare ſe paratuz liberare heredẽ acceptilatione vel cauere de non petẽdo vt.l.mulier in ꝑn.ſ de condi.inſti. ꝛ.l. mutiane ſ.de condi.ꝛ demõ. Venio ad.v. nam ꝛ ſi quis. hic habes q ille qui cõpẽſat videtur ſoluere. Jtem ille q cõpẽſat videtur petere. Juxta ꝑmum quero aliqs ꝓmiſit tibi ſoluere certã quãtitatẽ ꝛ hoc iurauit nũc compenſat totũ: nunqd per hoc liberatur a piurio. Breuit̃ videtur dicere q nõ. extra de iureiur .c.ad noſtrã. qr iuramẽtũ debet impleri in forma ſpecifica. Ego pũto cõtrariuz nã cõditio debet ipleri in forma ſpecifica ſicut iuramẽtũ vt.l.qui heredi in ꝑn.ꝛ.l.meui⁹.ſ.de condi.ꝛ de. ſz ego video q iuſſus dare ſeu ſoluere implet cõditionẽ cõpenſando: vt.l.ſi peculiũ.§.j.ſ.de ſta.libe. ergo ꝛc. Preterea ſi ego impedior iuſta de cã facere qđ promiſi nõ ſuz periurus: vt.l.vlt.ſ.qui ſatiſda.co. ſed ſi ego nõ ſoluo tibi quãdo tu debes mihi tãtundẽ ego impedior a te. qa ideo tibi nõ ſoluo. qr tu nõ ſoluis mihi vnde quaſi ſco tuo impeditus nõ debeo eẽ piurus. hanc rõnem facit tex.in.l.iij.circa ꝑn.v. vnde queritur.ſ.de ſta.libe. Circa fm quero excõmunicat⁹ nõ poteſt petere. ſed poteſt excipere vtrũ poſſit compẽſationẽ obijcere: hic videt tex.q nõ qr qui cõpenſat petit. pro ħ fac̃ .l.qm̃ alexãdrum. C. đ adl. hoc tz Ol.ꝛ Ja.de are.ꝛ Jnno.ꝛ Bern. ex̃ đ except.c.cum inter. poſſumus etiã dicere per hãc.l.q ille q opponit compẽſationem debiti ſoluti incidat in penam ſtatuti loquentis đ eo qui petit debitum ſolutum vt hac l.probatur.

J indebitum. Quero quãdo promiſit procurator rez ratam dn̄m habiturũ ad qd poſſit agi contra eũ. Rn̄deo ſi quidem trāſiuit tm̃ tẽpus quo dn̄s potuit habere ratũ. poteſt agi ad intereſſe: vt.l.procurator in ſi. e.ti.ꝛ.l.quo.n.§ iul.ꝛ.l.ſi ꝓmiſſa. ꝛ hoc ſi ẽ certũ. ſi vo ẽ dubiũ. tunc poteſt agi cõtra procuratorẽ. q dn̄s ratum habeat ꝛ tunc lit̃ cõteſ. ſuper hac ſtipulatione ad intereſſe ꝛ poterit agi cõtra ipm̃ procuratorẽ ad itereſſe. ꝛ hoc nõ poteſt intelligi ħ vt dignoſcat quid ſit faciendum non q hec ſit concluſio libelli ſed venit conſecutiue. nã ſi dominus ante lit̃ conteſ. ratum habeat ipſe cõuenitur. aliaſ ſi nõ hẽbit ratũ certũ ẽ ꝓmiſſã eẽ ſtipulationẽ ꝫ ꝓcuratorẽ. eodẽ mõ põt intelligi. ſ. de ac. emp. l. iul. §. ſi qs colludẽte. vbi tex. vī ponere ſilem modũ petẽdi.

Si procurator Bonus. §. eſt. Factum ei⁹ qui cauſam habet a me cenſetur factum meũ. h.đ. iſte. §. Nõ. quod dixi in ſummario. Quero quid ſi dominus ignorans vẽdidit poſtq̃ factum procuratoꝛ ſciuit habet ratum. an iſta ratihabitio ſufficiat: glo. dicit videtur q nõ. nam nõ debet nocere ei cui prius vẽdidit. Jn cõtrarium videt q ſic. cuz ratihabitio retro trahat ꝛ nõ allegat aliud. nõ iſtam glo. multum qr iſta queſtio ẽ quotidiana. ꝛ q ratihabitio ſtrotrahat nõ obſtante actu medio ſcilicet venditiõis videt probari in.l.ſi quis offerenti. §. fi. ſ. de ſolu. ꝛ.l.cum mihi. x. §. j. ꝛ.ij. eo. ti. ꝛ ibi per Ja. de are. tangitur iſta queſtio ĩ cõtrarium q retro nõ trahatur. facit. quia actus medius interueniens impedit ratihabitionẽ trahi retro. nam tunc debet ratum haberi. cum ille actus poſſit celebrari vt.j. eo.ti.l. bonoꝝ .ꝛ de ap.reci.l.j.§.j. Sed poq̃ res erat effecta dn̄ij alterius nõ poſſet talis actus geri p dn̄m in p̃ iudicium alterius ergo ꝛc. Et hoc tenebat Ol.ꝛ dominus Rai.ꝛ Guil. tãgit hãc. q. in ſili in. l. aliena in ꝑn. ſ. de pig. act̃. ꝛ determinat idẽ q ratihabitio nõ p̃iudicat ei cui res prio erat vendita vel pignorata vt.l.ſi ptẽ in fi. ſ. quẽad. ſer. amit. ꝛ.l. potior ĩ fi. ſ. qui po. in pi. ha. hãc ptẽ teneo ad.l.ſi quis offerẽti. ꝛ.l. cũ mihi. x. nemo rn̄dit ſed ego rn̄debo. ĩ. e.l. bonoꝝ dic vt ibi. Querit glo. qd ſi dominus vẽdidiſſz ante ſn̄iaz latã inter procuratorẽ et eũ cui vẽdebat: dicit glo. idẽ ꝛ bene. nã idẽ ẽ dicẽdũ qđ dixi. ſ. prox. queſtione.

J jm debitorꝛ. Opp. de. l. cauſe in prin. ſ. de pro cur̃. vbi non poteſt pro parte haberi ratũ ꝛ pro parte non. glo. non ſoluit. dn̄t quidam ibi loquitur ĩ vo procuratore hic in falſo. vel dic nõ poteſt pro pte ratum hr̃i procuratore inuito. vt.l. cõtraria. ſed eo volẽte ꝛ ad eius cõmodũ ſic vt. hic.

J procuratorꝛ. Stipulatio q̃ ad particulare intereſſe ꝓmittit põt ſepius cõmitti. h.đ. Op. q ratum pro pte haberi nõ poſſit. vt.l.ea. §. cato in fi. ſ. đ. k. ob. gl. ponit ħ plures ſo. dic vt ibi. Jtẽ op. q ſtipulatio ſemel cõmiſſa amplius cõmitti nõ poſſit: vt.l.ſi duo ſ. de arbi. ꝛ.l. cũ querebat. ſ. ti. j. ſo. ħ cõmittit̃ ad ptic̃re intereſſe. in ꝓrio ſec⁹ qđ dic vt dixi in.l.ſi ſic. ſ. đ vbo. ob. Ultio ex ħ textu nõ q qs repetit expẽſas quas facit in aduocat̃. ꝛ ħ ,put exponit̃ aduocat idẽſt aduocat̃ miniſtrat. Jtẽ nõ. q qs repetit id in quo damnificat ex eo q a ſuis negocijs aduocatur fm aliam expoſitionem eiuſdem littere.

E ſatiſdatio. Cautio de rato nõ interponitur cuz eſt certũ de mãdato. ſecus in cautiõe iudicatũ ſolui h.đ. rõ ẽ in promptu. qr cautio de rato iterponit̃ ex pte agẽt̃. vñ reo ẽ cautũ cũ ẽ certũ đ mãdato. qm̃ ſi ẽ abſolutus poſſidet ꝛ hz exceptionẽ. ſec⁹ ẽ ĩ ,pcuratore ex pte rei qr lz actor vincat. adhuc tñ actor vadit q̃rẽdo. qđ petijt de ħ p doc. in. l. j. C. de ,pcur. ꝛ vide gl. ín. l. nõ ſolũ. §. q alieno. ſ. de procu. Ultio nõ q procurator ꝓſtituz apđ acta nõ debz cauere. de hoc i. l. j. C. de ſatiſdã.

J ſine. Hec. l. vſqz ad. §. ſi procurator. diuidit̃ p Bi. in duas ptes. ꝑma loquit̃ ĩ procuratore falſo exigẽte vſqz ad. §. cũ ãt. ibi ĩ ,pcurator vo. Jtẽ hec prĩa ps diuidit̃ ĩ. iiij. ptes. ꝑma loqr̃ de procuratore falſo exigẽte in debitũ ex̃ iudicium. ꝛa loqtur de falſo procuratore exigente debitũ ex̃ iudiciũ. ꝛtia de procuratore falſo exigente indebituz in iudicio. q̃rta de procuratore falſo exigente debitum in iudicio. ſecunda ibi. ſi procurator. tertia ibi q ſi procurator per iudicem. quarta ibi. q ſi debitum. Oppo. ĩ. e.l. §. cum autẽ. ſo. q hic dicit̃ de procuratore intellígas

ſ.falſo.vel ad alia cõſtituto.ita q̃ nõ habebat mandatũ ſed in.§.cuz autẽ.loqtur de procuratore vo. Itez op. q̃ cõtra procuratorem nunq̃z deꝛ conditio indebiti.ſed cõditio ob rẽ.vt.l.falſus.C.de furt̃.ſolu.itellige hãc.l. ſz diſtinctionẽ q̃ ponit in.l.falſus.§.j.j̃.de furt̃.z.l.cum gs.§.ſi debitorẽ.s̃.de ſolu.z hic nõ in gl. Itẽ opp. q̃ nouatio nõ fiat niſi hoc exp̃mat: vt.l.vlt̃.C.de noua. ergo cõditio indebiti nõ tollit̃ p iſtã nouationẽ. qdã fatẽtur ꝯ hodie.tu dic q̃ h̃ cõditio indebiti nouat̃.h̃ ẽ ei⁹ natiuitas impedit̃.ita ẽt itelligit̃.l.j.poſt p̃n.s̃.de p̃to.ſtip. z ſic de hac.l.nihil hodie corrigit̃. Itẽ dꝛ hic q̃ agit̃ ex ſtipulatu.ꝯ imo certi cõditiõe ex ſtipulatiõe dic vt in gl. Uenio ad.v.q̃ ſi ꝓcurator p iudicẽ.op.de tex.ad ſeip̃z nã p̃mo dicit nõ agi fo dicit ꝯ.ſo.dicit gl.p̃ logt̃ dꝛ rigore.fo dicit de eqtate:ſz ẽ videdũ vñ deſcẽdit iſte rigor vñ iſta eqtas.gl.dicit rigor appz ex rõib⁹ poſit̃ in tex.q̃ negociũ ptinet ad dñz.iõ nõ põt ratũ habeꝛ̃.z qꝛ nõ intereſt ſtipulatoꝛis q̃ ratũ habeat̃.nã cũ ſit ſoluta aucte iudicis: ẽt dño ratũ habẽte nõ poſſz repetere: vt.l.j.C.de ꝓdit̃. inde.Eqtas vo inſurgit ex hoc:qꝛ lz nõ habeat cõditio nẽ indebiti ꝯ dñz h̃ntez ratũ. tñ haberet ꝓditionẽ ſine cã.vt.l.ſi fideiuſſor.§.oib⁹.s̃.mã.ita dicit Ul.h̃.tz ergo iſta gl.q̃ indebitũ ſolũ p ſñiaz poſſit repeti p cõditionẽ ſine cã.idẽtz in.d.§.oibus.z in.l.j.C.de cõdi.ind̃. doct. tenẽt ꝯ z bñ:qꝛ tũc põt repeti cõditiõe ſine cã q̃ñ p hoc nõ ifringit̃ ſñia:ſz ei⁹ cã deuenit ad nõ cãz:vt.l.ſi ſullo.s̃. de cõdi.ſine cã.nã ſi fui tibi cõdẽnat⁹ z ſolui:qꝛ rẽ nõ reſtituebã ſi res poſtea puenit̃ ad te:tũc cã deuenit ad non cãz.z agẽdo nõ dico ſñiaz nullã vel male iudicatũ. imo dico bñ iudicatũ.tñ cã illa deuenit ad nõ cãz.idẽ ſi dol⁹ actoris iteruenerit: vt.l.ſi ꝓtor.§.marcell⁹.s̃.d̃ ind̃.idẽ ſi illa exceptio p quã appz indebitũ nõ potuit exaiari in p̃ iudicio:vt dixi in.l.j.§.j.s̃.quod vi aut claz. hoc tenent doc.in.l.j.C.de cõdi.inde.hoc eẽ vez̃ ꝓbo p hũc tex.nã ſi vuz ẽt q̃ dñs ratũ habẽs teneret cõditiõe ſine cã de rigore cõmitteret ſtipulatio:qꝛ intereſt ſoluẽtis q̃ dñs ratũ habeat.vñ iſta rõ glo.nõ ẽ va.q̃ ergo ẽ rõ iſtu⁹ eqtat̃.

Rñdeo:qꝛ ꝓcurator q obtinuit nõ põt allegare illã pecuniã fuiſſe indebitã.z ſic ſe obtinuiſſe p iniuriоſã ſñiaz. vt.l.ſi fu⁹.§.j.s̃.de le.j. Expediui p̃cipiũ omiſſo.v. q̃ ſi debitã.vñ venio ad.v.q̃ ſi d̃bitã. dꝛ hic q̃ ſi fideiuſſor teneꝛ̃ iſolidũ.idẽ dictũ eſt.s̃.p̃x.v.q̃ ſi fideinſſor teneꝛ̃: ꝯro ad q̃ſtiõ:gl.dicit in id qd̃ ſtipulator actori p̃ſtiterit vl̃ circa iudiciũ expẽdiderit.qd̃ qdã exponũt actori.i. ꝓcuratori falſo fz Ja.d̃ are.z Ol.certa iſta expoſitio va ẽ i ſe tñ huic gl.ñ cõgruit:qꝛ.j.dꝛ.q̃ hec ẽ opi.rug.ſz exponẽ do hoc mõ eẽt ꝯ opi.rug.quaz habuiſtis in.l.ꝓcurator ad exhibẽ.§.j.s̃.e.vbi dꝛ q̃ ſolũ in expẽſis cõmitti ſtipulatio.vñ alij exponũt iſtaz gl.ſic in id qd̃ ſtipulator actori p̃ſtiterit.i.d̃no poſtea agenti.z fm hoc poſſz eſſe opi. rug.tñ tex.congruit magis precedenti opinioni. Bar.

Cum autem §.iſte diuidit̃ in ptes duas primo loqtur q̃ñ nõ habẽs ratuz factum vi ꝓcuratoris obtinuit.fo q̃ñ ſuccubuit.fa ibi marcellus.z q̃libz iſtaꝝ ptiũ hz duas lec:p̃ q̃ñ ꝓcurator verus egit z obtinuit.ſecundo quando procurator verus egit z ſuccubuit.dñs vo nõ habens ratũ egit z obtinuit in iſtis duob⁹ cãibus.fa ps ſilr hz duas lec.q̃ñ procurator verus egit z ſuccubuit vl̃ quãdo egit z obtinuit. ſz domin⁹ poſtea agẽs ſuccubuit. Ad q̃ intrẽ glo.op. tu itelligis hũc.§.in vo ꝓcuratore.ꝯ verus ꝓcurator nõ cauet de rato.vt.l.ne ſatiſdatio.s̃.e.ti. ſz hic dꝛ q̃ cauet d̃ rato ergo.ꝛc.ſol.lz h̃ eẽt ver⁹ ꝓcurator.tñ dubitabat̃ d̃ mãdato iõ fuit̃ p̃ſtita cautio.ita itelligit glo.hũc.§.s̃.e.l. ꝓcur̃.ad exhibẽ.§.j.z.s̃.d̃ iureiur.l.alias. Scdo op. ꝓcuratori de cui⁹ mãdato dubitat̃ ẽt cũ cautiõe de rato nõ põt ſolui.vt in auc̃.de colla.§.eos.ita tz gl.in.l.nõ ſolũ.§.q alieno.s̃.de ꝓcur.z Ci.C.de ꝓcur.l.j.in.viij.q. ſz hic dicit̃ q̃ ꝓcuratori cauẽti de rato fuit ſolutum.ergo ꝛc.reſpõdeo poſſum⁹ dicere q̃ nõ cogit̃ qs ſolui ꝓcuratori de cui⁹ mãdato dubitat̃ vt ibi.ſz ſpõte bene põt ſoluere vt h̃. Ad h̃ qd̃ facit.s̃.e.l.inẽdũ.breuit̃ iſtd̃ videt ꝯ p̃n.iſtius.l.in.v.q̃ ſi ꝓcur̃. p iudicẽ. vbi logt̃ quãdo exegit ab initio nõ a ſpõte ſoluẽte z ꝯ.l.iij.§.j.s̃.e.z ꝯ.l. ꝓcur̃. ad exhibẽ.§.j.z iõ credo q̃ poſſit ſolui ꝓcuratori de cui⁹ mãdato dubitat̃ ſi de rato cauet. Nõ ob.§.eos qꝛ ibi loqtur in exactore publico cui nõ dꝛ credi niſi oñdat mãdatũ z lr̃as publicas.vt.l.j.C.de mã.p̃n. Nec ob. q̃ ibi dicit̃ in tex. ex p̃uatis negocijs ꝛc.qꝛ ibi logt̃ in exactore publico ad exigẽdũ id qd̃ ptinet ad publicũ vl̃ ad p̃uatũ.vnde mandatũ publicũ ptẽdebat.z ſic debz itelligi in.d.l.nõ ſolũ.§.q alieno.ſec⁹ quando ptẽdit mãdatũ p̃uatũ vt hic cũ ſi. Itẽ op.z nũc intro glo.de.l.p curator ad exhi.§.j.s̃.e.vbi dicit̃ q̃ ſtipulatio ꝓmittit̃ ad totuz.ſo.fm rug.illa itelligit̃ fm iſtaz vt ibi nõ. Sed Jo.dicit alit̃ z melius q̃ ibi cõmittit̃ ad totũ. vt patet in tex.l.cõtrarie in v.ſz cũ debitor.nec ob.hec.l.qꝛ ibi logt̃ in ꝓcuratore falſo cui põt iputari cur exegit ab initio. h̃ logt̃ in ꝓcuratore vo cui nõ põt iputari ſi dñs obtinuit qꝛ hoc contingit vl̃ culpa debitoris vl̃ iudicis iniuria.ſed ſoluz litis impendia poſſũt ſibi iputari:qꝛ iſta debitor euitare nõ potuit. Quero de duabus q̃ſtionibus que ſũt in glo.ſup verbo hoc caſu.p̃ quando falſus procurator egit z ſuccubuit.domin⁹ poſtea egit z obtinuit ad qd cõ mittat̃ ſtipulatio.dic̃ gl.ad totum qd̃ dñs exegit z nihil allegat.probat̃ in.l.iij.§.ſi. Scdo q̃ro retẽto eodẽ the mate procur̃.falſus egit z ſuccubuit ad qd cõmittit̃ ſtipulatio de rato cõtra falſuz procuratorez z eius fideiuſſorẽ. Jo.dicit q̃ ſimilit̃ cõmittitur ad totuz intereſſe qd̃ probat per tres rationes hic in gl. p̃mo ſimpliciter q̃ñ veruſ procurator egit poſtea domin⁹ nõ habẽs ratuz egit tunc ſiue obtineat dominus ſiue ſuccũbat ad tantundẽ cõmittitur ſtipulatio vt hic in.§. cuz autẽ z.§.marcell⁹.ergo eo modo in falſo procuratore.ſed cõſtat q̃ ſi dominus obtinuiſſet cõmitteretur ſtipulatio in totum vt dixi.s̃.i ꝓx. queſtione.ergo ꝛc. Preterea ſufficit ab initio intereſſe vt.l.qui autem.§.j.s̃.ſi qs cau. Sed pone q̃ debitor qui fuerat abſolutus vere erat debitor in.c.ſtatim do mino agente incipit intereſſe ſua in.c.ergo licet domin⁹ poſtea ſuccumbat ad totum.c.debet agi. Preterea iniuria facta vni alij nõ debet ꝓdeſſe vel obeſſe vt hoc.§. cuz autem.z.l.excepti.s̃.de fidecom.ſed hic dominus q poſtea egit ſuccubuit per iniuriam iudicis.ergo iſta iniuria non debet prodeſſe procuratori vt teneatur ad minus.iſte ſunt tationes glo.quam glo.vide que incipit.i. cum hic ibi ſicut ergo non ago ꝛc. Iſtud idem tenet glo.s̃.ea.l.procur. ad exhiben.§.j.in fi.prime glo. magne prout ibi dicit maxime.hoc tenet expreſſe in.ll.allegatis.s̃.de iureiuran. Docto.communiter tenent contrarium z bene.nam ſtipulatio de rato non committitur niſi ad id quod intereſt.vt.s̃.e.l.ſi commiſſa.z.l.in ſtipulatione. ſed ſi ego ſum abſolutus a domino z a vo procuratore non intereſt mea niſi in ſumptibus.ergo ſolum ad ſumptus comittetur.pro hoc videtur caſus.j.e. l.ſi.in p̃in. Preterea ſi reus fuit abſolutus a domino non poteſt dicere ſe abſolutum per iniuriam iudicis vt.l.ſi ſeruus plurium.§.j.s̃.de.le.j.z quod nõ in.l.ſtipulatio iſta.§.q ſi forte.s̃.de vbo.ob.z ſic non poteſt allegari ꝓtra procuratorem ſua intereſſe in toto debito. Preterea quãdo ex poſt facto deſinit intereſſe z ceſſat damnum de preterito non ſufficit ab initio intereſſe. vt l.ſi cum.§.qui iniuriarum.in ſi.§.s̃.ſiquis cau. ſed hic

secuta absolutoria cessat dãnũ de ꝓterito ergo ꝛc. Et per hoc apparet rñsũ ad oēs ratiões Jo. nõ enĩ ob. ꝑma rõ. qz nõ ꝓcedit illa similitudo inꝛ ꝓcuratorẽ falsũ ⁊ vez ꝓ pꝛ diuersitatẽ rõnũ. Nõ ob. ꝯra rõ: qz nõ põt reus docere sua interesse in toto ꝺbito: qz diceret cõtra sẽtẽtiaz ꝓ se latã ⁊ qz cessat dãnũ de ꝓterito vt dixi. Et eodẽ mõ nõ ob. tertia rõ: qz nõ põt allegare sẽtẽtiã latã ꝓ se esse iniuriosã. nõ ob. l. ꝓcur. ad exhibẽ. §. j. s. e. ꝓ quã gl. hoc tenet in. l. alias. s. de iureiur. qz ibi logꝛ qñ falsus ꝓcur. obtinuit ⁊ exegit ⁊ dñs succubuit. merito interest debitoris in toto eo qꝺ soluit ꝓcuratori. questio nostra loquit qñ falsus ꝓcur. succubuit ⁊ ẽt dñs. sed si vellez intellgere ꝙstionẽ istiꝰ gl. ibi dũ dicit. q eque insolidũ ꝺz cõmitti: ẽt vbi ego dñz iniuste supaui ꝛc. q ꝓcur. falsus me vicerat tũc ista gl. diceret vuz ꝓ dictã. l. ꝓcur. ad exhibẽ. §. j.

Et iõ ꝓ declaratiõe huiꝰ materie debes assumere quattuor ꝓbinatiões in ꝓcur. vo ⁊ quattuor in falso. Jn vo, procuratore ꝑma ꝓbinatio ẽ qñ vus ꝓcur. ꝑmo egit ⁊ succubuit. dñs postea egit ⁊ obtinuit: certe cõmittit stipulatio ad expẽsas litꝫ tm̃. vt in. §. cũ autẽ. fm vnã lecturã. Scda cõbinatio ẽ: qñ verus ꝓcur. egit ⁊ obtinuit. ⁊ dñs postea egit ⁊ silr obtinuit: tũc videt idẽ q solũ ad expẽsas litꝫ cõmittat stipulatio ista: vt in isto. §. cũ ãt. fm vnã lec. Hoc tñ intelligo: qñ illi ꝓcuratori fuerat solutuz: qz habebat mãdatũ ad solutionẽ recipiẽdã. ⁊ sic sẽtit glo. al' in nullo ꝓmitteret stipulatio. nã ẽt si ipe dñs egissz ⁊ obtinuisset nõ facta solutiõe ñ obstarz sibi exceptio rei iudicate: vt l. euidẽter. s. qꝺ excep. rei. iudi. sic nõ ꝺz nocer si egit vus ꝓcur. ⁊ obtinuit. ⁊ sic. stipulatio ñ ꝓmittit: vt j. e. l. §. si, procur. Jdẽ si soluissez illi vo ꝓcuratori nõ hñti mãdatũ ad recipiẽdã solutionẽ. nã tũc hec stipulatio nõ possz ꝓmitti iõ qz dñs egit ⁊ iudicatũ vl' sñiaz ratã ñ habuit p eãdẽ rõnẽ. sz bñ põt ꝓmitti: qz ñ hz ratã solutionẽ si sup hoc fuit cautũ. Tertia ꝓbinatio ẽ qñ ꝓcurator vus egit ⁊ obtinuit ⁊ dñs egit ⁊ succubuit: ⁊ tẽ ꝓmittit stipulatio ad expẽsas litꝫ tm̃: vt hic in. v. marcellus fm vnã lec. qꝺ intelligo si ꝓcuratori fuit solutũ vt habebat mãdatũ ad hoc alꝫ secus: vt. s. dixi. Quarta cõbinatio ẽ qñ ꝓcurator vus egit ⁊ succubuit ⁊ dñs silr egit ⁊ succubuit. tẽ nõ põt ꝓmitti stipulatio nisi ad litꝫ in expẽsas: vt h in. v. marcellus. Possumꝰ addere quintã ꝓbinationẽ qñ ꝓcurator verus egit ⁊ obtinuit siue succubuit nõ curo ⁊ dñs postea egit nec obtinuit nec succubuit: sz lis pẽdet vl' pẽpta ẽ instãtia vl' alio mõ finita rei inꝛitu: isto cãu nõ ꝓmittit stipulatio nisi ad expẽsas: ita põt intelligi h. v. marcellus sz vnã lec. quã tãgit hic gl. sup vbo admiserit. Videa mꝰ ꝺ falso ꝓcuratore ⁊ in eo ꝑma cõbinatio ẽ qñ falsus ꝓcurator egit ⁊ succubuit: dñs egit ⁊ obtinuit cõmittitur stipulatio ad inꝛeẽ totale. ad id qꝺ dño ẽ solutũ ⁊ ad expẽsas: vt. l. iij. i fi. s. e. ti. ⁊ nõ h ī gl. Scda cõcubinatio ẽ qñ falsus ꝓcurator egit ⁊ obtinuit dñs egit ẽt ⁊ obtinuit. ⁊ idẽ qz ad totũ inꝛeẽ cõmittit. ar. ꝺ. l. iij. in fi. s. eo. ti.

Tertia cõbinatio ẽ qñ falsus ꝓcurator egit ⁊ succubuit dñs egit ⁊ silr succubuit ⁊ in hoc sũt opi. vt vidistis super hac glo. ego tenui q solũ ad ipẽsas cõmittit: vt in. l. fi. in ꝑn. s. e. ti. Quarta cõcubinatio ẽ qñ ꝓcur. falsus egit ⁊ obtinuit dñs egit ⁊ succubuit. ista subdistiguit i duos casus. aut iste falsus ꝓcurator exegit indebitũ. ⁊ stipulatio de eqtate cõmittit ad totũ inꝛesse: sz de rigore ad nihil vt. s. hac. l. v. q si ꝓcurator ꝓ iudicẽ. aut iste ꝓcurator exegit debitũ ⁊ tũc sũt opi. in. l. ꝓcur. ad exhibẽ. §. j. s. e. ti. Vitas ẽ q ad totũ inꝛesse cõmittit ⁊ ad totũ id qꝺ illi falso ꝓcuratori ẽ solutũ: vt. ꝺ. l. ꝓcur. ad exhibẽ. §. j. ⁊ s. proxi. v. q si debitũ. Quinta cõbinatio ẽ qñ falsus ꝓcur. egit ⁊ obtinuit siue succubuit. dñs postea egit nec ad finẽ litẽ ꝓduxit. isto casu sigdẽ ꝓcur. egerat ⁊ exegerat statiz cõmittit stipulatio ad totũ: qz in toto interest rei stati cũ nõ habeꝛ ratũ: vt. l. ꝓcur. ad exhibẽ. i. fi. ⁊ l. quon. §. j. ⁊ §. iul. s. e. ti. Jn casu tñ nõ põt ex ea stipulatione agi nisi post sẽtẽtiã. vt. ꝺ. l. ꝓcur. ad exhibẽ. in fi. s. eo. ti. sed si ꝓcurator egit ⁊ nõ exegit: tũc statiz cũ dñs agit cõmittit stipulatio ad litꝫ impẽsas: ⁊ si postea plus impẽdet vl' dñs exigeret. ad plus cõmitteret: vt. l. si ꝓcur. s. eo. ti. qꝺ dixi in dño agẽte idez intelligas in eo q haberet ab eo cãm: vt. l. cuz indebitã in fi. s. e. secus si ageret aliuꝰ q ab eo cãm nõ haberet: vt. j. e. l. ꝓcur. Restat in gl. vna questio ꝓcur. verꝰ egit ⁊ exegit: dñs silr egit ⁊ exegit vtz dominꝰ posset repetere a vo ꝓcuratore illꝺ qꝺ ipse exegerit: glo. hic sup verbo iniuria in fi. tz q nõ. qz si dñs h cõsequeret a debitore ⁊ ꝓcuratore esset iniuria: ⁊ sic quidã intelligũt istũ tex. ista lectura repbẽdit p. l. qui negocia s. de neg. gez. ⁊ p. l. q. proꝑa. §. procur. vt in ceteris. s. de procur. ⁊ p. l. ex mãdato in ꝑn. s. mã. Cõtra oia pꝺicta op. venire cõtra de facto nõ facit stipulationẽ cõmitti: vt. l. cõtinuꝰ. §. cũ qs. s. de v. ob. sed si verꝰ procurator egit dñs nõ põt postea agere de iure. ergo egit de facto. vnde nõ ꝺz ꝓmitti. gl. h q ẽ posita sup verbo ipẽsa. fatet q hec stipulatio ẽ huiꝰ nature q cõmittit ẽt si aliqs solũ ꝺ facto agat. mihi videt q h nõ agat ꝺ facto imo de iur qz res iudicata cũ ꝓcuratore nõ pemit actionẽ dño cõpetẽte ipso iure: sz ope exceptiõis. Preterea posito q eẽt actio pẽpta solutiõe adhuc agit de iure: qz valet ⁊ tz istãtia lz nõ habeat actionẽ: vt. l. cũ putarẽ. s. fami. her. ⁊ exꝺ re iudi. c. abbate sane li. vi. Nõ tamẽ per hoc impugno qn ẽt si agat de facto tm̃: vt coram iudice incompetẽti vel ex alia cã q cõmittat stipulatio saltiz ad sumptꝰ: vt. l. vbi. C. de trãsac. Nõ ob. l. ꝓtinuꝰ. §. cũ qs. s. de vbo. obl. vt ibi dixi. Jtẽ op. sñia ꝓtra sẽtẽtiaz ẽ ipso iure nulla: vt. l. j. C. qñ prouo. nõ ẽ ne. sz hic si procur. ꝑmo obtinuit vl' succubuit nõ põt valere sẽtẽtia lata postea cũ domino. ꝑmaz vl' ẽt fz ꝑmaz fz alios modernos in. d. l. j. C. quando, puo. nõ ẽ ne. ꝺz intelligi quando ex eadez instantia ferunt due sẽtẽtie: qz tũc ꝑma tm̃ valet. secus si ex duabꝰ instantijs: qz tũc potest valere vtraqꝫ vt h ⁊. s. de excep. rei iudi. l. duobꝰ. ⁊ qꝺ ibi nõ in gl. Pro decla ratiõe huiꝰ materie quero duo. ꝑmo vtrũ actio descẽdes ex hac stipulatione sit ꝓtoria vel ciuil'. Rof. in libell'. suis sup hoc ti. dicit q ẽ ciuilis. s. certi cõditio ex stipulatione vl' actio ex stipulatu. ⁊ iõ ꝺr ꝓtoria hec stipulatio: qz p ꝓtorem est inducta eo q quis cogat eaz pstare non q actio sit ꝓtoria. pro hoc facit. s. de bon. pos. hẽ. pe. l. j. ⁊ qꝺ ibi nõ. Altio q̃ro an stipulatio rẽ. ra. ha. habeat patã executionẽ ꝓtra fideiussorez. vr q sic sicut in stipulatione de iudicio sisti: vt dixi. s. ti. j. l. j. Jn contrariũ videt q debeat nouo iudicio agi: vt. s. e. l. procurator ad exhibẽ. §. j. ibi sz cũ debitor ex stipulatione agere cepit ꝛc. ⁊ s. ea. l. circa ꝑn. ibi existimo actione hac cũ eo agẽdũ: et sic innuit nouũ iudiciũ eẽ inchoandũ. breuiter dico aut ista stipulatio interponit ex iudiciuz ⁊ est opus nouo iudicio. ita logt. s. ea. l. in ꝑn. nec potest fieri executio. ar. pro hoc. s. de re iudi. l. a diuo pio. §. sz si emptor. sed si eẽt inꝛposita in iudicio tũc puto q haberet parataz executionẽ p rationes q̃s dixi in stipulatõe iudicatũ solui s. ti. j. l. j. ⁊ p rationes q̃s dixi in stipulatione de iudicio sisti ⁊ similibus.

Si procuratori Nota q factũ nomine ꝺ functi potest haberi ratuz p hr̃dẽ. ꝯ. s. e. l. si is cui. so. vt ibi dixi. ⁊ dicã. j. e. l. bonorũ. Op. si iste fuit vus ꝓcur. stipl'o nõ põt ꝓmitti nisi ad ipẽsas: vt. s. pr. §. solu. itellige q ꝓcur. erat sũdictꝰ falsus vl' si erat vus erat vocatꝰ morte dñi ⁊ soluẽs sciebat eum mortuũ alꝫ eẽt liberatꝰ: vt. l. cũ qs. §. j. ⁊ l. dispẽsa. s. ꝺ so-

Si in stipulatiõe. Hũc finẽ itelligit gl. q̃ p imprudẽtiã stipulatoris cõmittebaꝫ ꝓmittẽte ꝓmittẽte dolũ. ⁊ intellige q̃ dolus fuit in hoc cõmissus qz fuit in stipulatiõe adiecta dictio tm̃: vt lutiũ ticiũ tm̃ ratũ habituꝝ. nã si hoc nõ esset dictũ simplex stipulatio de hẽdib⁹ intelligeret: vt vidistis ff. d. v. ob. l. stipulatio ista.. i ꝑn. vñ. ꝓpẽ hoc clausula doli nõ posset ꝓmitti.

Si procurator. Nõ istã regulã q̃ ponit ff ibi plerũq; enĩ.

Quis patris. Mutatione psone extinguit cautio rẽ tatã haberi. ⁊ iõ i stipulatiõe sũt ꝓcẽdẽde psone ad qs visimilit iudicium dz trãsire hoc dicit. Ad euidẽtiã sciaꝫ q̃ ex iuria facta filio ꝓpetit actio iniuriaꝝ pr̃i seu auo q eũ hz in ptãte et ipsi filio. tm̃ pr̃ seu auus hz exercitiũ vtriusq; actiõis. Se cũdo sciaꝫ q̃ pr̃e mortuo seu filio emãcipato instãtia isti⁹ actiõis iuriaꝝ trãsit ad filiũ q̃q; nõ sit heres: vt. ff. d. iur. l. fz si vni⁹. §. filio. Hoc ꝑmisso pone cãuz i ẽminis vt lr̃a iacet. nõ q̃ mutatiõe psone cauẽtis extiguit cautio de rato. ⁊ iõ de necessitate dz alia psona ꝓpẽdi. Opp. d. l. nõ solũ. §. si paꝫ. ff. de ꝓcur. so. ibi agebat ipe paꝫ ff alĩ⁹ ꝓcuratorio noie ꝑ patre d̃ cui⁹ mãdato dubitabaꝫ. ista ẽ va solo. Quero circa hãc. l. quã actionẽ itẽtabat iste ꝓcur. dicũt qdã q̃ itẽtabat actionẽ iuriaꝝ ꝓtoriã ꝓpetẽ tẽ pr̃i ꝑ iuria facta filio. Alij dicũt q̃ intẽtabat actionẽ iuriaꝝ ex. l. cornelia que ꝓpetit ipsi filio. prziz opi. fz gl. fa bui⁹. §. ⁊ glo. magna sup vbo filij. nã cũ hic ꝓcur. ageret noie pr̃is nõ põt dici q̃ itẽtet actionẽ ex. l. cornelia q̃ pr̃i nõ ꝓpetebat ff̃z istã glo. vel ver⁹ dico q̃ ff intẽtabaꝫ actio ex. l. cornelia cõpetens filio: sed qz pr̃ illi⁹ actõis habebat exercitiũ iõ ꝓcur̃ pr̃is itẽtabat illã actionẽ sic̃ poterat ipse pr̃ ⁊ istã puto verã. nã si iste ꝓcur. egisz actiõe ꝓpetẽti ipsi pr̃i illi⁹ actiõis istãtia nõ trãsiret in filiũ. fz p⁹ litẽ ꝓte. trãsiret in heredẽ. aut mortuo pr̃e extigueret. vt l. iuriaꝝ. ff. de iniur. ⁊ l. si eũ. §. q̃ iuriaꝝ. ff. si qs cau. et iõ hoc itelligit q̃ ff intẽtabaꝫ actio ꝓpetẽs filio cui⁹ exercitiũ cõpetit pr̃i. ita itelligit gl. hic sup vbo ad filiũ. Quẽrit glo. vtz sufficeret si in stipulatiõe diceret ꝓmitto ratuz bituꝝ eũ ad quẽ ea res ptinet: dic̃ gl. q̃ nõ: qz illis vbis solũ hẽdes ꝓpẽdunt. ⁊ bñ dicit glo.

Procurator. Ista est notabil lex ⁊ clara. ⁊ breuit. h. d. Factũ falsi ꝓcuratoris nõ faꝫ ꝓmitti stipulatiõez d̃ rato ab alio intẽpositã. h. d. Nõ tex. ibi. nã in stipulatiõe caueꝫ ꝛc. nõ q̃ dixi in sũmario. Scõo nõ forma stipulatiõis iterponẽde de rato. fz Ci. d̃ hoc disputet. in. l. j. C d̃ ꝓcur. allegat bñ hãc. l. dz tñ i hac fõma stipulatõis adij ci clausula doli q̃ ꝓmittat dolũ malũ abeẽ abfuturuꝝq; eẽ vt. ff. pr. §. in stipl̃õe. Itẽ dz adijci q̃q; psona alteri⁹ ad quã iudiciũ põt visimilr trãsire: vt. ff. l. pr. §. fi. Querit glo. vtz ff casu saltẽ hec stipl̃o ꝓmittaꝫ ad ipẽsas. glo. dicit q̃ nõ. ⁊ aliud ẽ in vo ꝓcuratore: vt vidistis. ff. e. l. si sine. §. cũ aũt.

